

*DISPUTATIO PHILOSOPHICA*  
DE  
**IDEIS  
PLATONICIS ,**

QUAM,  
Consentiente

**AMPLISSIMA FACULTATE  
PHILOSOPHICA,**  
PRÆSES  
**M. CAROLUS JOA-  
CHIMUS SIBETH,**

D. 3. FEBRUAR. A. MDCCXX.

*H. L. Q. C.*  
**Placido Eruditorum Examini**  
subjicet

RESPONDENTE

**JOHANNE CHRISTIANO FERSEN ,**  
S.S. Theol. Stud. Jesendorff. Megapol.

*ROSTOCHII,*

Typis NICOLAI SCHWIGEROVII, Ampliss. Senat. Typogr.

lit. Graec.

206s, 68

SERENISSIMO ac CELESISIMO  
PRINCIPI ac DOMINO,  
DOMINO  
CAROLO  
LEOPOLDO

Principi Vetusæ Gentis Henetæ,  
Sverini & Raceburgi, Comiti item  
Sverinensi, Terrarum Rosto-  
chii ac Stargardiæ  
Dynaftæ,

PRINCIPI ac DOMINO MEO  
*longe Clementissimo.*

# SERENISSIME & CELSISSIME PRINCEPS

*Domine longe Clementissime !*



D Celsissimæ Serenitatis  
Tuæ pedes provolutum  
chartaceum hocce munuscu-  
lum ut clementissimo digne-  
ris aspectu, à Celsissima Serenitate  
Tuæ precibus ex devotissima animi sub-  
missione profectis efflagito. Audaciæ qui-  
dem sat temerariæ notam incurrere vi-  
deri possem, dum Celsissimo Nomiini  
Tuo pagellas basce leviusculas sacras es-  
se volui devotasque ; Verum cui potius  
qualiumcunque studiorum meorum spe-  
cimina, Patrocinio quodam ut illustriora  
reddantur, traderem humillimè, quam  
Celsissimæ Serenitati Tuæ ? cuius  
servitio totum me, & quicquid in me est  
)( 2 virium

¶ (o) ¶

virium, consecravi ac dicavi, simul ac ē  
numero Civium hujus Almæ mibi esse li-  
cuit. Hinc quoque ut in Celsissimam  
Serenitatem Tuam pietatis meæ obse-  
quiosissimæ ac subjectissimæ publicum ex-  
staret monumentum pignusque; Hæc mi-  
hi inserviit occasio, quâ Serenitati Tuæ  
**Celsissimæ subditum licet obscurum,**  
nullitamen devotissimâ pietate & humil-  
limo obsequio inferiorem, submissa com-  
mendarem veneratione. Ignoscas igitur  
gratiosissimè, Princeps ac Domine  
longe Clementissime, quod à Celsis-  
simo Nominé Tuo Splendorem & que ac di-  
gnitatem huic Disputationi meæ concilia-  
re, non erubuerim, devotissima fretus spe,  
fore, ut Celsissima Serenitas Tua Cle-  
mentiâ eâ, quâ Musarum Alumni, hacte-  
nus se beatos esse, depraedican & nun-  
quam non summis extollent laudibus, hoc  
quicquid est munusculi accipiat mibique

Summo

❧ (o) ❧

*Summo sub Patrocinio Tuo locum, si vel  
maximè infimum, concedat gratosissime.  
Numen vero Ter Maximum Te, Sere-  
nissime Princeps, Domine longe  
Clementissime, Serenissimamque  
Domum Mecklenburgicam bono-  
rum omnium abundantiam, omnibusque  
numeris absoluta Felicitate beat, cumulet,  
soſpitet, Regimen felicissimum, Vitam lon-  
gævam, prospera ac optanda quævis Se-  
renitati Tuæ Celsissimæ larga im-  
pertiat manu.*

**SERENISSIME ac CELSISSIME  
PRINCEPS**  
*Domine longe Clementissime,  
Celsissimæ Serenitatis  
TUÆ*

*humillimus ac devotissimus  
Cultor subditusque  
Carolus Joachimus Sibeth.*



## PRÆFATIO.

**I**Dearum adeò largà in amplio  
Philosophiæ campo est seges feraxque meslis, ut  
tantùm non ubique Recentiorum quidam cre-  
pent Ideas. Quam vocem si quis audiverit, di-  
versæ animum subeant notiones, necesse est. Meta-  
physica, Logica, & Physica, certamine quasi inito,  
ad se rapiunt Ideas, quas pro genio suo quævis disci-  
plina novo induit significatu. Antiquiores quoque &  
Recentiores Philosophi Ideas sibi vindicantes sunt ὄμοια  
λαλγῆς, ἀνόμοια δὲ νοσῆς. Platonicorum scholis innu-  
triti, voce hac auditâ, nescio quas? æternas rerum es-  
sentias animo sibi concipiunt; Eclectici vero, ut ap-  
pellari amant, hodierni, objectum mentis nostræ im-  
mediatum, vel imaginem res intellectui repræsentan-  
tem definiunt. Quantum igitur res ab imagine rei,  
ἀρχέτυποι δοτὲ τὰ ἐκτίπται; tantum Platonicorum & Re-  
cen-


## PRÆFATIO.

centiorum ab invicem differunt Ideæ. Ast ne hi quidem in determinando Ideæ significatu amicas sociasque jungunt manus ; Sed quot capita , tot sensus. Non levioris hinc momenti esse doctrinam de Ideis , animadvertisens , animum induxi , Disputationibus aliquot Academicis , totam hancce materiam pertractandam Eruditorum subjicere examini. Non potui non primas assignare Ideis Platonicis , canâ sua se commendantibus antiquitate. Habes igitur hic L. B. Disputationum mearum de Ideis primam , quæ , ut nigrum satisfaciat rubro , intricatam satis Platonicarum Idearum naturam pro ingenii mei modulo denudatam sifstet ac enodatam. Doctrinâ de Ideis nihil prius antiqviusque fuisse Platonicis , testatur Atticus apud Eusebium Præp. Evang. L. XV. c. 13. Τὸ κεφάλαιον , inquit , καὶ τὸ κῦρος τῆς Πλάτωνος ἀρέσεως , η̄ τοῖς τὸν νοητῶν διάταξις : *Caput & cardo Platonicæ Sectæ est doctrina de rebus intelligibilibus & paulo post : Τὸ μὲν γὰρ ἔχον πίκη ἐσχατον τῶν Πλάτωνος ΦιλοσοΦημάτων θεὶ τὴν νοητὴν πάντην καὶ αἰδίον γένεσιν τὴν τὸν ιδεῶν ; Summum illud atque ultimum Platonicorum dogmatum est , quod circa intelligibilem hanc & eternam Idearum naturam versatur.* Benignius adhuc meritô de hoc Platonis figmento iudicat Jacobus Thomasius in Orat. de Ideis Platon. p. 288. *Bonæ frugis in illis utique aliquantum ; Sed tamen haud parum pestilentis veneni. Quid enim Bonæ frugis expectandum à deliriis hisce , ex quibus Tertullianus L. de Anima Opp. Basil. edit. 1562. f. 654. reētē inquit , profluxisse Valentinianorum & Gnostico- rum errorum portenta. Sub verbis enim licet spe- ciōsis*

**PRÆFATIO.**

ciosis & incrustatis latet tamen anguis. Quod ut  
prolixius demonstrem, in duas hanc de Ideis Plato-  
nicis Disputationem Sectiones dispescam, quarum in  
priori Historica, quid senserit Plato, & quæ do-  
gma ejus expertum sit Fata, referam; Posteriori  
vero Pragmatica quam lubrico nitatur fundamento  
& quam longe à veritatis aberret tramite,  
ostendam. DEus annuat & be-  
nedicat; Tu vero L. B.  
faveas coeptis.





# JOVA JUVA !

## Sectio Prior. HISTORICA.

§. I.



Deæ vox Græciæ sua debet incunabula,  
ex eadem , qua τὸ ἔιδος , stirpe nata ,  
quam quomodo Latini in suum ver-  
tant idioma , docet Augustinus (\*)  
Ideas , inquit , latine possumus vel for-  
mas vel species dicere , ut verbum ē ver-  
bo transferre videamur . Si autem rationes eas voce-  
mus , ab interpretandi quidem proprietate discedimus ;  
Rationes enim Græce λόγοι appellantur , non idea ; Sed  
tamen quisquis hoc vocabulo uti voluerit , à reipsa non

A aber-

(\*) Libro Octoginta trium Quæstionum , Quæst. 46, T. IV.  
Opp. edit. Basil. A. 1569.

aberrabit. οὐοψηφοι sibi in hoc habet Romanæ eloquentiæ facile Principem Ciceronem, qui in Topicis ait: *In divisione formæ sunt, quas Græci idæas vocant.* Nostri si qui hæc forte tractant, species appellant; non pessime id quidem, sed inutiliter, ad mutandos casus in dicendo. (\*\*). Quibus haud subobscurè innuit Cicero, se vocem hanc Græcam, ut civitate donet latina, haud fastidire, eandem latinæ casuum terminatiōnī accommodans in Oratore: *Has rerum formæ appellat IDEAS ille non intelligendi solūm, sed etiam dicendi gravissimus Auctor & Magister, Plato.* (\*\*\*) Nec igitur hodie Latinarum Venerum Amasii ægre ferent, peregrinam hanc vocem cùm Romano casuum habitu vestitam pari cum vocibus in Latio natis passu ambulare offenderint.

§. II. Qvanto in pretio apud Platonicos hæ fuerint Ideæ, vel exin colligas, quod quamplurima ipsis indiderint nomina ἴδεα. Laertii huc spectant verba: *Sepe etiam Plate diversis nominibus idem significat; Ergo ideam & speciem (τὸ εἶδος) appellat, & genus & exemplar & initium & causam.* (a) Originales rerum species Macrobius; Principales formas Claudianus Mamertus; Datas formas Ausonius; Trismegistus τὸ ἀρχέτυπον εἶδος, πρόαρχον τῆς ἀρχῆς τῆς ἀπεράντης i. e. prius principium ipso principio interminato,

(\*\*) Vid. Thomæ Aldobrandini Notæ in Laert. L. III. p. 91. edit. Londin. A. 1664. (\*\*\*) Citante Joh. Clerico in Art. Crit. T. I. P. 2. S. 2. c. V. §. 5. p. 421.

(a) Vid. Laertius de Vitis Philos. L. 3. p. 84. Lit. F.

nato, sc. materiâ informi, vocant, teste Justo Lipsio  
 (β) Quam Seneca inter τὸ ἕιδος καὶ τὴν ἰδέαν constituit  
 differentiam, (γ) Plato ipse, Plotinus, aliique non  
 attendentes, utraque voce utuntur promiscue. Ari-  
 stotelicum tamen ἕιδος longâ hinc distat parasanga. Di-  
 cuntur quoque Ideæ Platoni ejusque affeclis: Λόγος,  
 (cum quo λόγοι σπερματικοὶ s. rationes semifinales non  
 sunt confundendæ) Mundus intelligibilis (δ) Mens,  
 Intellectus, (ε) Animal intelligibile, (ζ) νοητός

A 2

καὶ

(β) In Physiol. Stoica L. 1. Dissert. 3. p. 900. Opp. T. IV.  
 edit. Vesal. An. 1675.

(γ) Epist. 58. P. II. Oper. p. 383. edit. Amstel. A. 1619. Ha-  
 bet aliquam faciem statua, hæc est idos; habet aliquam fa-  
 ciem exemplar ipsum, quod intuens opifex statuam figuravit;  
 Hæc Idea est. Etiam num aliam desideras distinctionem?  
 Idos in opere est; Idea extra opus, nec tantum extra opus,  
 sed ante opus. (δ) Philo Libro περὶ κοσμοπολίας p. 4. edit:  
 Gen: Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἡ ἀρχέτυπος σφραγίς, ἐν Φάρμε  
 ἔναι κόσμον νοητὸν, αὐτὸς ἀν ἐπτὸ ἀρχέτυπον παράδειγμα,  
 ἴδεα τῶν ἰδεῶν, ὁ θεὸς λόγος. (ε) Vid. Plotinus Ennead:  
 V. L. IX. c. 8. p. 561. interprete Mars. Ficino: Cum ig-  
 tur, qvod intelligitur, intimum sit, hoc ipsum unum quid-  
 dam est & species & idea. Sane est intellectus, intellectua-  
 lisque essentia, & idea qualibet ab intellectu non differens,  
 sed unaquæque est intellectus, atque omnino quidem intel-  
 lectus communis est species omnes, unaquæque vero spe-  
 cies unusquisque est intellectus. (ζ) Laertius l. c.  
 p. 87.

(η) τὸ

*καὶ νοερὰ (η) DEus (θ) Ens καὶ ἔξοχὴν (ι)  
Jynges, (κ) Venus, Pulchritudo cœlestis (λ).  
Principale Pratum, Campus veritatis (μ) Para-  
disus*

(η) τὸ νοητὸν ἐ Schola Pythagorica , cui est familiarissimum , mutuò acceptum , de quo vid. Joh. Schefferus de Natura & Constit. Philos. Italicae c. 8. p. 59. ubi teste Plutarchos τὴν τὴν ἐνὸς καὶ σὺν ἰδέαν τίθεσσι τὸ νοητὸν . Νοῦς δὲ qui- dem differt διπλῶς τὸ νοητόν quod inculcat Joh. Clericus in Indice Philol. ad Stanlejum sub hac voce. Ideæ tamen sensu Platonico non tantum sunt νοῆσαι sed quoque νοεῖσαι , quod expresse docent Oracula Zoroastris S. IV. vers. 117. (θ) vid: Plotinus Ennead. V. L. 4. c. 3. Intellectus, inquit, est & magnus quidam Deus , immo vero non aliquis Deus , sed omnis Deus , inquam secundus. (ι) Vid. Plotinus l. c. l. IX. c. 8. p. 561. Una igitur natura Ens ipsum est atque intellectus , entia & intellectus unum sunt , atque intellectiones , species & idea actusque sunt Entis. (κ) Vid. Oracula Zoroastris S. IV. ubi conjunguntur Jynges , ideæ & principia. Conf. Stanleji Hist. Philos. Orient. in Joh. Clerici Opp. Philos. T. II. (λ) Stylo Poetico dicta explicat Joh. Picus Comes Mirand. in Dissertat. Platonica Sect. X. seqq: qvam recenset Thom. Stanlejus in Hist. Philos. P. IV. p. 366. (μ) τῆς ἀληθέως πεδίου καὶ λειμῶνα vocat Plato in Phædro vid. quoque Oracula Zoroastris Sect. IV. v. 93. & Joh. Clerici Notæ , ubi ex adducta Procli explicatione patet , ipsum innui intellectum ceu complexum Idearum. Animam enim nostram ex intellectu emanantem in corpus de lapsam , per θηροφόρην εἰς εἰσῆγην & αὐδον f. αὐδασιν ut vocant Pletho & Psellus iterum in intellectum reduci atque evehi , ibique divinis pasci ideis , Platonicon fuit delirium. Hinc dicitur pratum , in quo beatæ animæ τοῖς νοητοῖς alantur ; Nam τροφὴ τῷ νοῦ τὸ νοητὸν Oracul: v. 52. Quo intuitu Damascenus de

disus (ν) Supramundanum Lumen (ο) Qua-  
rum appellationum rationes infra adducentur fusiūs.

§. III. Ut ab ovo rem prius repetamus,  
quam in vastissimo Idearum campo evagemur proli-  
xiūs, necesse est. Voce hac Idea primūs Plato usus  
fuisse dicitur Augustino, (α) Clerico (β) & M.  
Jac. Bruckero; (γ) Optime tamen monet Celeb.  
Jacobus Thomasius: *Platonem quod inventorem Idearum vocare solemus, nemo sic interpretetur, quasi ante Platonem vel hæc doctrina, vel id vocabuli inauditum fuerit;* Sed ideo id fieri quisque sciat, quia primus  
Plato hac voce ut magis Poëticā de lectatus, eam ad illas  
*exemplares causas & illustres in humana mente notio-*  
*nes transtulit, & hanc doctrinam ab Ionica secta pro-*

A 3

pe

Pythagora & Platone dixit, eos versari in campo veritatis  
ibique ideis divinis, velut pabulo quodam delectari. Ver-  
ba extant apud Photium Cod: 242. Vid. Joh. Schefferus de  
Philos. Pythag. c. 8. p. 62. seq. Campum veritatis nominat,  
quia solas ideas Καὶ ἀληθεῖαν οὐτε statuit vid. Schefferus  
l. c. p. 60. (ν) Vid. Joh. Pici Comitis Mirandulæ Diss.  
Platonica Sect. X. Mentem inquit, ideis exornatam Paradisum  
antiqui vocaverunt; Sic Zoroastres ad vitam contem-  
plativam nos invitans: Quærite Paradisum. Conf: quæ ex  
Plethone & Psello habet de Paradiso Joh. Clericus in Notis  
ad Oracula Zoroastris v. 247. (ο) Vid. Stanlejus Histor.  
Philos. P. XIII. Sect. II. c. 2. & 11. pag. 1123. & 1128. Ubi  
explicat de Prima Mente, infinito, incorporeo ac lucido Spa-  
tio, intellectualium naturarum beata sede.

(α) Libro octoginta trium Quæst. Q. 46. T. IV. Op. f. 548.

(β) Operum Philos. Logicæ P. I. c. 1. §. 2. p. 10. (γ) in  
Disputatione Introduct: in Historiam doctrinæ de Ideis §,  
3. p. 4. Jenæ A. 1718. habita.

*pe in exilium pulsam restituit Græciæ, speciosisque expos-  
lavit modis.* (δ) Ast ne hanc quidem, quam Celeb.  
Thomasius Platoni concessit, palmam jure tueri eum  
puto, cum nec primus vocem hanc ad exemplares  
transtulerit causas, nec primus Græciæ restituerit.  
Utramque ei denegamus laudem, laude tamen sua,  
quod speciosis idearum doctrinam expoliverit modis,  
eum non defraudantes.

§. IV. Prius qvod attinet, Platonem nem-  
pe haud primum vocem hanc ad exemplares transtu-  
lisse causas, ut probem, Homerum (α) quidem,  
Proteum & Idotheam ceu prima rerum principia alle-  
gorice inducendo ad has ideas allusisse, huc non tra-  
ham; Majus tamen controversiæ pondus adjicerent  
Chaldaica, quæ sub nomine Zoroastris circumferuntur,  
Oracula, nisi eorum antiquitas dubiis esset in-  
voluta. In illis enim expressam Idearum fieri mentio-  
nem, nemini non ad oculum patet. Hæc vero Ora-  
cula Platone antiquiora esse, quamvis infra fusiū si-  
mus probaturi; Nobis tamen jam non inserviunt de-  
monstraturis, Græcam hanc vocem ante Platonem  
eodem sensu usu venisse; cum & cognomen, quō  
Chaldaica inscribuntur, & Pici testimonium (β) satis  
evin-

(δ) In Oratione de Platonicis Ideis exemplaribus, quæ est  
XIII. Orat. pag. 281.

(α) Odys. δ conf. Just. Lipsii Physiol. Stoic. L. I. Dissert.  
IV. p. 841. (β) In Epistola ad Ficinum scripta, quæ  
exstat in Operibus Joh. Pici p. 249. conf. Cel. Fabricii Biblioth.  
Græca L. I. c. 36. p. 250. Quæ contra hoc regerit Cel. M.  
Henr: Gottlieb Schneiderus Dis. p. 3. de Oraculis Zoroastris  
§. 6. p. 67. nondum omnia Pici fidem tollunt & enervant;  
nec

evincant, ipsa Chaldaico primum idiomate esse conscripta; præterea eorum interpretatio Platonis ætate multo sit recentior. (γ)

§. V. Nondum tamen causa cecidi; sed Timæi Locri & Socratis me tuebuntur nomina. Utrumque Platone antiquiorem fuisse, cum illorum fuerit discipulus (α) ἐξαγάντιος est. Timæi Locri libellus Doricè scriptus ὡς ψυχᾶς κόσμων καὶ Φύσις à Proclo servatus adhuc exstat, in cuius statim initio vox Idea occurrit (β) Socratis quidem Scripta hodie extant nulla, nisi fortean Platonis nomen præ se ferentes Dialogos ei tribuere volueris; (γ) Liceat tamen

nec facile crediderim cum Lambecio in Prodrom. Hist. Lit. L. I. c. VII. Chaldaica hæc dici Oracula, tantum ex eo, quod Auctor, quem venditat, eorum Julianus Θεοφylax genere fuerit Chaldæus. (γ) An Berolo prima horum Oraculorum interpretatio sit tribuenda? Jam non inquiremus; sed dabimus cum Patricio. Julianum juniorem, qui sub M. Antonino Philosopho floruit, primum hæc Oracula ex Chaldaico idiomate in Græcum transtulisse conf. supra citatus Cl. Schneiderus l. c. §. 7. p. 68, 69.

(α) Timæum Locrum in Italia Platoni fuisse auditum testantur Cicero V. de finibus & Tusc: Q. I. & Hieronymus in Apol. contra Ruffin. conf. Cel. Jo. Alb. Fabricii Bibl. Græc. L. 3. c. I. p. 21. §. 31. Socratis vero Icholam frequenter constat ex Diog. Laërtio L. 3. p. 71. edit. Londin. A. 1664. (β) Conf. Stanlejus in Hist. Philol. P. VIII. p. 802. (γ) Ipse enim Plato scripta sua pro Σωκρατέως λόγοις venditat, nec aliorum deunt testimonia conf. Cel. Fabricii Biblioth. Græca L. II, c. 23, §. 30, p. 783.

tamen mihi Aristotelis ( $\delta$ ) testimonio suffulto assere, Socratem primū ab Heraclito Idearum introducendarum accepisse occasionem. Duos igitur parietes una hac liceat dealbare fidelia; Socrati enim si & vox & doctrina Idearum fuit familiaris; hoc sane quicquid est, gloriæ Socrati cedit, quod ipse, non vero Plato, hanc ab Jonica Secta in exilium fere aetam Idearum doctrinam restituerit Græciæ. Nec sane imeritò in scenam hanc prodire jussero ipsum Pythagoram, in cuius Philosophia, τὰ νοντα & numeri, quibus Idearum involvebat doctrinam, utramque fere paginam faciebant, ut mox pluribus dicemus. Italicæ quidem nomine Philosophia ejus communiter venit, ut adeò Plato potius hanc doctrinam ex ipsius schola in Græciam transplantasse, videri posset; At ipse Pythagoras genere Græcus, Sami quoque in patria bis scholam aperuit, sicque sine dubio & hoc dogmate suo jam tum Græcia percrebuit. Quamvis enim prima vice paucos Sami natus Auditores, iter suscipere fuerit coactus; Patriam tamen repetens, maiorem in sui admirationem rapuit omnes, ut eorum, qui Philosophiæ operam navarent, plurimi atque optimi quivis, ipsius studio Samum se contulerint, ad ejus disciplinam admitti desiderantes. ( $\epsilon$ )

## §. VI.

( $\delta$ ) Metaphys. L. XIII. ( $\epsilon$ ) Vid. Stanleji Hist. Philos. P. VIII. c. VI. p. 667. & c. IX. p. 670. Priori vice Pythagoras Samo discedens, referente Jamblico in Vita ejus c. V. & VII, Delum omniaque, in quibus Oracula essent, Loca petiit; Posteriori vero in Italiam se contulit. Idem quoque testimonio Strabonis statuminatur, qui L. XIV. p. 638. Pythagoram, inquit, ætate Polycratis, cum glicentem videret Tyrannidem, patria urbe excessisse, atque in Ægyptum & Babyloniam abiisse; domumq. reversum, cum Tyrannidem adhuc durare videret in Italiam abivisse.

§. VI. Relicta voce pedem promovemus ad ipsam Idearum doctrinam, quâ visibilis hujus mundi eorumque, quæ hic ambitu suo complectitur, exemplaria invisibilia, mutationis expertia, & semperita in DEo fuisse ab æterno, tanquam essentias intellectuales & spirituales, Platonicorum docuerunt scholæ. Hujus fœtusne dicam, an abortus? natale solum non esse Græciam, sed ejus Genealogiam à multis retro seculis repetendam esse, non nisi hospiti in historia Philosophica ignotum esse potest. Qvibus vero Genitoribus primam adspergerit lucem hæc cerebri progenies, altioris est indaginis. Non defunt, qui, ut quam maxime antiquitatis palmam huic doctrinæ vindicent, natalia ejus in ipsis divini Mosis scriptis, (α) sed infelicius quam nodum in scirpo, quærunt, & invenisse sibi videntur. Nam quod Justinus Martyr & Clemens Alexandrinus è lectione librorum Mosis Platoni hanc notitiam advenisse, credunt, amori potius, quo hi Patres & Platonem & Ideas ejus prosecuti sunt, quam veritati tribuendum existimaverim. (β) Rabbini quoque, quorum mentionem

B facit

(α) Cum quibus de antiquitatis principatu contendere, nulli profanorum scriptorum vel cum qualicunque genuinæ veritatis specie licet, cùm hæc Homeri, quô antiquorem Scriptorem ipsi Ethnici non agnoscunt, teste Sexto Empirico I. adv. Mathemat. p. 41., æstatem longissimè superent vid. Mornæus de Verit. Relig. Christ. c. 24. n. II. & Huetius in Demonstr. Evang. Propos. IV. (β) Mea hic facio verba Jacobi Thomasii in Orat. de Ideis Platonicis p. 283. Cum Justino Martyre & Clemente Alexandrino eandem inflat tibiam Eusebius in Præpar. Evang. I. XI. p. 320. Olim, inquit à Mose species

facit Cel. Jacobus Thomasius (γ) ē Lacunis Platonis illatas potius Scripturæ Sacræ, quam innatas vennantur Ideas. Nec felicior est Philo Judæus in eruendis ex S. Scriptura Ideis, ut recitata ejus verba (δ) Dionysius Petavius (ε) meritò hoc claudat epiphonemate: *Hec sane ridicule. Nam DEum mere Platonicum facit, ac de nugis istis parùm opportune garrientem, & paulo post: DEum introducit, tanquam Platonis discipulum quempiam, falsa & absonta de Ideis, quasi jam usu tritis & appellatione ista cognitis proferentem.*

## §. VII.

species ejusmodi & exemplaria esse significata, cùm ante lucem & sidera, aliud lumen ac solem à DEO facta esse prodidit; Solem, inquam, corporis expertem, neque aspectabilem. Vide quoque Clem. Alexandr. Stromat. L. IV. p. 403. edit. Hein: (γ) I. c. p. 293. seq. ubi ex Voisini L. II. Theol. Jud. c. VI. p. 231. seqq. ad Verba Genes. I. vidit Deus lucem, quod esset bona, hunc Rabbinorum allegat commentarium: Ecce sapientes omnes uno consensu docent, ejusmodi lucem non esse lucem sensibilem, sed per eam designari lucem spiritualem, i. e. mundum intelligentiarum separatarum, quas intellectus humanus capere non potest, ait R. Juda, filius R. Simeonis. Tum R. Abin Levita dixit, hanc lucem antecessisse in ratione causæ reliquis, quæ creata sunt, tanquam instrumentum opificii DEI, quomodo dicit Philosophus, DEum respexit mundum intelligentiarum separatarum, & per eas produxisse ea, quæ sunt. (δ) ex Libro ejus I. de Monarchia p. 817. Edit. Græco-Latin. Paris. (ε) Dogmatum Theol. T. I. L. IV. C. IX. p. 190. §. II.

§. VII. Tantum igitur abest, ut ē limpido verbi divini fonte profluxerint Ideæ, ut potius ē putidis Ethnicæ Philosophiæ ejusque Chaldaicæ & Ægyptiacæ Lacunis Plato sua irrigaverit arva. Faventiori enim gaudet veritate, quod de origine hujus doctrinæ ante Platonem, pronuntiat Cel. Jac: Thomasius (\*) *Idearum*, inquit, *doctrina ante Platonem Pythagoræ fuit, ante Pythagoram Aglaophemi, ante hunc Orphei, ante Orpheum Ægyptiorum, ante Ægyptios Chaldaeorum.* De singulis dispiciamus, quomodo doctrina hæc eorum redoleat Philosophiam.

§. VIII. Ægyptiis, quoad antiquitatem Chaldæos præfert Thomasius, idque haud immerito (α) Nobis igitur quoque primum quæstio erit endanda: An doctrinæ hujus Platonicæ de Ideis vestigia quædam haud obscura in Chaldaeorum exstant Philosophia? Quodsi Oraculis Chaldaicis à Zoroastre nomen sortitis fides haberi posset indubia, res esset invado; Non tamen penes omnes eadem illorum vallet auctoritas. Celeberrimus olim Lambecius (β)

B 2

Oracula

(\*) l. c. p. 283.

(α) Ægyptii quidem Chaldæis primas reddere dubias nullū dubitavere, Chaldæos coloniam esse Ægyptiacam, quæ sibi eruditionem omnem deberet, causantes; Sed qui minus præjudiciis laborabant, Magos Chaldæos Ægyptiis antiquiores affirmabant. Vid: Josephus Antiquit. L. I. c. 9. & antiquissimum Doctorum genus confitebantur cum Cicerone l. I. de Divin: conf: Gerhard. Joh. Vossius de Sectis Philos. l. I. c. I. §. 4. (β) in Hist. Liter. Prodrom. L. I. c. VII, p. 91.

Oracula hæc spuria & supposititia esse magno evincere conamine allaboravit, cujus vestigia pressit Cl. Schneiderus, præeunte Lambecio putans, Oracula hæc seculo demum secundo Chaldæum quendam Julianum juniorem Θεογόνο propriο finxisse Marte (γ) Quæ sententia licet magni Nominis Virum habeat Patronum; Mihi tamen non minoribus suffulto auctoritatibus

(γ) In Disp. de Oraculis Zoroastris §. 7. p. 67. Argumenta, quibus genuinam Oraculorum antiquitatem impugnat, parum habent roboris. Primum deductum est ab indole stylī, quem Platonismum prorsus sapere, operose evincere satagit; Sed faciles in hoc concedendos habebit; Positā licet hac convenientiā, remanet tamen quæstio, numne Plato Zoroastris linguam stylumque sit imitatus? Hujus enim Sputum lingere Platonem, quid prohibet? Alterius argumenti cardo in eo versatur, quod Oracula hæc Christianæ religioni sint accommodata; Ast quam distent æra lupinis, nullo negotio dijudicabunt, quibus placita Christianorum cum hisce deliriis conferre, volupe est; Quæ de Trinitate garniunt inepte Oracula, ita sunt comparata, ut iis, qui διὰ τὴν ἔξιν αἰσθητήρια γεγυμνασμένα habent, fucum facere prorsus nequeant. Cur non & ante exortam religionem Christianam ita despere potuit Ethnicus? Reliquias fortean παῖς παραδοσεῶν tenebris corrupti sui intellectus obfuscans. Male quoque cohærent, quæ affert Cl. Schneiderus; Nam p. 68. dictitat, factum esse, ut ex præpostero & immaturo gentes convertendi studio à Philosopho quodam Christiano hæc consuerentur Oracula; Deinde tamen Auctorem hujus fabulæ constituit Julianum Chaldæum Θεογόνο; Hunc vero quo jure Christianis Philosophis annumeret, me quidem fugit.

(δ) Post

ritatibus probare se non potuit omnino. (δ) Ab omni enim verisimilitudine abludit, Plotinum, Porphyrium, Jamblichum aliosque Platonicos Oracula hæc nuper demum conficta tanti fecisse, ut quasi ex Tri-pode dicta, quò suis fidem facerent dogmatibus, allegassent, cùm alias spurias Zoroastris quoque nomen præ se ferentes Apocalypses rejecerint unanimiter. (ε) Accedit quod λόγια hæc Zoroastris etiam Juliano hoc antiquorum testimoniis innotescant; Laudantur enim à Nicolao Damasceno in Excerptis Peirescianis, (ζ) & teste Plinio (η) Hermippus Smyrnæus, qui sub Ptolomæis claruit, Zoroastris versuum centum millia explanavit. Ambabus quidem largimur, Oraculorum, qualia nunc carminicè (θ) exstant, Auctorem καὶ τὸ ἔγγονον non esse Zoroastrem illum Bactrianum,

B 3

(ι) mul-

(δ) Post Patricium, Cornelium Agrippam, Kircherum, Jessenium à Jessen, & Ursinum Oracula hæc defendit Stanlejus in Hist. Philos. Proœm. in Orac. Zoroastr: p. 1176. & Cel. Fabricius in Biblioth. Græc. I. I. c. 36. §. II. p. 251.  
 (ε) Vid. Plotinus Ennead. II. L. IX. Gnosticos refutans & Porphyrius in Vita Plotini c. XVI. (ζ) p. 461. conf. Fabricius l. c. verba ipsa recitat Cl. Schneiderus I. c. p. 70. §. 7. quæ hic apponere non vacat. Quæ ad testimonium hoc regerat, non habet Cl. Schneiderus, nisi quod historiæ circumstantias aliter referant Herodotus, Diodorus Siculus, & Plutarchus; Verum quid hæc aliarum circumstantiarum diversitas facit ad suspectam reddendam mentionem Oraculorum Zoroastris? (η) L. XXX. c. I. conf. Stanlejus I. c. P. XIII, S. I. c. 3. p. 1115. (θ) Zoroastrem nihil carmine scripsisse, sed merâ prosâ affirmat Thom. Hyde de Religione Persarum p. 340. Cujus tamen sententiæ æque incerta ac oppositæ sunt fundamenta.

(1) multaque falsa forte irrepsisse, cum sit cento ex pluribus collectus, Patricio aut plane non, aut diligenter indicante Auctores, ex quibus singula hausebit; (2) Sunt tamen Platone longè antiquiora monumenta veteris doctrinæ Magorum Chaldaicorum.

§. IX. Ex his igitur Oraculis si de proposita quæstione judicium est ferendum; Facilis enascitur decisio, Ideas hasce Platonicas Chaldaicæ Magorum Philosophiæ esse propaginem. Clare satis de illis agunt Oracula: (α)

*Mens Patris striduit, intelligens, indefessò consilio,  
Omniformes ideas, fonte vero ab uno evolantes  
Exsiliérunt; à Patre enim erat & consilium & finis.*

Et post pauca:

*Sed divise sunt, intellectualem ignem forte nactæ,  
In aliæ intellectuales; Mundo enim Rex multi formi  
Proposuit intellectualem typum, incorruptibilem, non ordine  
Vestigium properans formæ (β) prout mundus apparuit.*

Omni-

(1) Multos enim fuisse Zoroastres, in confesso est conf. Cl. Schneiderus Disp. I. de Nomine & Vita Zoroastris §. 6. p. 12, seqq. Cuinam vero, quæ circumferuntur, scripta tribuenda sint? non adeò liquido constat, Perso-Medo, qui Darii Hystaspis temporibus inclaruit, ea majori cum verisimilitudine attribui posse, statuit Cel. Fabricius l. c. p. 245. (2) Vid. Clericus in Procœm. Notarum ad Orac. Chald.

(α) Versibus 100--110. &c. Sect. IV. juxta edit. Stanleji & Olear.

(β) Sensum hunc esse colligo: materia non ordine s. inordinato motu agitatæ, (ab æterno enim materiam confuso motu actam fuisse, statuebant Platonici) & informi, ut apparet non posset, DEum vestigia i. e. imitamina, simulacra & umbras æternarum formarum s. idearum impressisse, quæ facto mundus apparuerit visibilis.

Omnigenis ideis donatus, quarum unus fons,  
Ex quo strident divisa aliae  
Immense, perrrumpentes circa mundi corpora,  
Deinde vocantur: ἔννοιαι νοεραὶ δόσι πηγῆς παλαικῆς  
Et versus 98. τὰς μέμφαντα τὰς αὐταῖς ἐργαζόμεναι

Synonymico quoque nomine appellantur Jynges v. 117.  
quas Pletho (γ) interpretatur: sunt intellectuales spe-  
cies (νοῆσαί εἰδη) à Patre perceptæ, quæ & ipsæ intelligunt,  
excitantes notiones ineffabilibus consiliis. His etiam  
verbis Proclus, cum ea quasi Oracula Deorum protulis-  
set, ait confirmari sententiam Platonis de Ideis. Quod  
facile colligi potest, si cum sententia Platonis conferre  
hæc placuerit. Quantum enim assequi possum, Oracu-  
lorum sensus huc credit: Mensem Patris secundam (δ)  
secundæ Triadis quasi caput, intelligendo ex se genuisse  
substantias intellectuales à se invicem diversas & o-  
mnium rerum formas in se continentes; Has ideas con-  
junctim sumtas in uno fonte suo sc: Mente esse typum

quen-

(γ) Vid. Stanlejus l. c. P. XIII. Sect. II. c. V. p. 1125. (δ) Duas  
nim Mentes memorant Oracula v. 81. Sub duabus Mentibus vi-  
vigenius fons continetur animarum. Prima mens pertinet ad  
primam summamque Triadem, quævis namque Trias hæc tria  
continet: Patrem, potentiam & mentem ut testatur Anonymus  
scriptor Compendii de Doctrina Chaldaica. Hinc prima  
Mens dicitur: vers. 39. & 40. Terminus Paternæ profundita-  
tis, qui non progressus est, sed mansit in Paterno profundo &  
adyto. Secunda Mens videtur quasi Pater & caput secundæ  
Triadis, δημιουργὸς & Creator mundi. Pater enim perfecit (sc.  
mediate) cuncta, & Menti tradidit secundæ, quam primam vo-  
cant hominum gentes vs. 27. & 28. vid: Notas Clerici ad hos ver-  
sus. Et hanc Mensem secundam fontem immediatum Idearum  
esse, colligo, quam Plotinus semper Νῷ & Intellectum Idea-  
rum receptaculum quasi & domicilium vocat.

quendam intellectualē & incorruptibilem mundi visibilis, quinimo opificem, qui ipse agens mundum fabricatus est vers. 82. Ubi vero exsiliunt ex fonte, divisa, circa corpora versantes, cuivis corpori suam induunt formam, sicque imitamina visibilia invisibilium efficiunt. Ovum ovo similius esse non potest, quam hæc somniis Platonicis, quæ proin, ubi fuerint obscuriora, hinc lucem fænerari possunt.

§. X. A Chaldæis ad Ægyptios transimus, horum quoque Sapientiæ adyta perscrutaturi, num & apud illos Idearum doctrina invaluerit? Inclytum Ægyptiacorum mysteriorum Doctorem Hermetem s. Mercurium Tris Megistum in partes meas si traxero, omnem quidem nec incurram, nec evitabo censuram. Hujus enim in libro, quem Poemandrum inscriptio appellat, non Ægyptiacam Mercurii doctrinam, sed partim Græcam ē Platonis & Platoniconum libris, partim Christianam ē libris sacris petitam contineri, multis exemplis probat Is. Casaubonus (α) Radulphus tamen Cudworthus non diffitetur, in hisce scriptis passim inspersas esse vere antiquas Ægyptias δόξας, etsi Platonico more expressas; (β) Quem sane in censum etiam veniet doctrina de Ideis, quarum disertam facit mentionem (γ) Μίαν, inquit ἐν οὐρανῷ Θεοῖς

(α) Exercit. I. ad Baronium p. 71. seqq. (β) in Libro Anglico de vero Systemate vonjū Universi p. 327. & 506.

(γ) In Libro XVIII. ὅπις δὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, αλλὰ τὰς μετέβολάς απωλείας καὶ θανάτους πλανώμενος λέγεται. Juxta editionem Venetam Patricii recusam London. An. 1628.

Θεος ἔχει ιδέαν, ἥπερ εἶναι αὐτής ιδία, ἥπερ ταῖς οὐφεσιν ψχ υπεράγη αἰσθάματι<sup>(δ)</sup>, καὶ πάσας διὰ τῶν σωμάτων δείκνυσται & paulo post: πάντα εἶναι εἰν τῷ Θεῷ ψχ ὡς εἰν τάπω κείμενα, αλλὰ εἰ αἰσθάματα Φαντασία citante Justo Lipsio (δ) Cum præterea Plato Ἀgyptum quoque peragraverit, Sacerdotum ibi familiaritate & informatione usus, Diogene Laërtio (ε) & Cicerone (ζ) testibus; Non est absolum, illum hujus quoque doctrinæ de Ideis notitiam inde hausisse; Certe Ἀgyptiis non ignotam eam fuisse, fusiūs te docebunt Kircherus (η) & Jamblichus. (θ)

§. XI. Orphei quoque & Aglaophemī Thracum Philosophorum eandem fuisse Idearum Doctrinam, clariūs pateret, si superessent scripta Syriani & Procli; Utrumque enim Svidas refert scripsisse συμφωνίαν Ορφέως, πυθαγώρας καὶ πλάτωνος; Haud tamen obscure idem innuit Jamblichus in vita Pythagoræ (α) referens, Pythagoram ab Aglaophemo & Orpheo didicisse, τὴν αριθμῶν γεωμετρίαν εἶναι; Numeri vero Pythagoricis idem significabant, quod Platonicis Ideas. Proclus quoque testatur (β) doctrinam Pythagoricorum de principiis esse ὄρφικὰς παραδόσεις; Hæ vero ἀρχαὶ pariter coincidunt cum Ideis Platonicorum.

C

Nec

(δ) I. c. p. 901. (ε) I. c. l. 3. p. 71. lit. D. ex Italia in Ἀgyptum ad Prophetas venit. (ζ) L. V. de fin. Cur Plato Ἀgyptum peragravit, ut à sacerdotibus Barbaris numeros & cœlestia acciperet? vide Thomæ Aldobrandini Notas in L. III. Laërtii p. 91. (η) in Oedip. Ἀgypt. T. II. P. II. class. XII, c. 5. (θ) de Mysteriis Ἀgypt. L. III. c. 21. p. 170, 171.

(α) p. 135. (β) in Timatum L. V. p. 291.

Nec ineptè huc quadrant, quæ Varro ut rem magnam & religiosam aperit apud Augustinum ( $\gamma$ ) se tria principia apud Samothracas reperisse; In eorum, inquit, simalacris multis indicis collegi, aliud significare cælum, aliud terram, aliud exemplar rerum, quas Plato Ideas appellat; Cælum Jovem intelligo, terram Junonem; Ideas Minervam; Cælum, a quo fiat aliquid; Terram, de qua fiat; Exemplum, secundum quod fiat.

§. XII. Propius ad Platonem accessuris, Pythagoram &, qui nomen ab ipso acceperunt, Philosophos siceo præterire foccō nefas esset. His enim Præceptoribus Platonem in hac præcipue doctrina usum esse, plurima Veterum testimonia vix dubitare nos sinunt. Sic refert Laertius ( $\alpha$ ) & totidem verbis Hesychius Illustris: ( $\beta$ ) Μίξιν ἐποίησατο τὸ τε Ἡράκλετον λόγων, καὶ Πυθαγορικῶν, καὶ Σωκρατικῶν. Τὰ μὲν γὰρ εἰσθῆτα, καθ' Ἡράκλετον; Τὰ δὲ νοητά, καὶ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ καὶ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. Similiter Apulejus: Quamvis ei de diversis hæc essent Philosophiæ membra suscepta; Naturalis ab Heracliticis; Intellectualis ab Pythagoreis; Rationalis & moralis ex ipso Socratis fonte ( $\gamma$ ) Sunt autem procul dubio nec in sensibilia rerum

( $\gamma$ ) De Civit. DEi I. VII, c. 28. conf: Just. Lipsius I. c. p. 902.

( $\alpha$ ) I. c. p. 72. I. A. Heraclitanos sermones, cum Socraticis, Pythagoricisque miscuit. In his enim, quæ sub sensum cadunt, Heraclitum; in Intellectualibus, Pythagoram, in Politicis Socratem secutus. ( $\beta$ ) Alias Milesius, qui vixit temporibus Anastasi, in Compendio de Vitis Philos:

( $\gamma$ ) Vid. Ægyd: Menagii Observationes in Diog. Laert. I. 3. p. 85.

rerum numero Ideæ , nec civilium locandæ , sed intel-  
ligibilium , quas Pythagoræ acceptas retulit Plato.  
Nec ea , quæ Pythagoram docuisse memoriæ prodide-  
runt alii , (δ) abhorrent ab hac Platonis doctrina ,  
sed maximè conspirant. Nam in classes quasi duas  
cuncta divisit Pythagoras , quorum alia τὰ κυρίως οὐλως  
ὄντες vocavit , alià τὰ ὄμονύμως ὄντες ; Prioribus solis ve-  
ritas ineſt , auctore Pythagora ; De his mentem Py-  
thagoræ explicat Nicomachus (ε) Ea , quæ sunt ,  
definiebat , quæ secundum idem , ac eodem semper mo-  
do sunt perfecta , & nunquam , ne minimo quidem tem-  
poris momento , immutantur ; Hæc vero esse expertia  
materiæ , ac quorum per participationem cætera , quæ  
equivoce dicuntur esse , sunt ac dicuntur. Corpora &  
materialia in perpetuo fluxu ac mutatione esse , imitan-  
tia naturam ac proprietatem substantiæ æternæ . His  
sunt gemella , quæ habet Jamblichus. (ζ) Non aliter

C 2

fane

(δ) Pythagoræ enim nullum , quod pro genuino agnoscere-  
tur , ingenii monumentum ad nos pervenit conf. Porphyrius  
in Vita Pythagoræ p. 40. & Augustin. de Consensu Evang. c.  
VII. I. I. Aurea Pythagoræ Carmina non ipsius , sed Lysidis  
sunt Pythagorici conf. Gerhard. Joh. Vossius de Sectis Philos.  
c. IV. p. 33 §. 12. Leoni vero Allatio , qui inter recentio-  
res operosis Pythagoræ scripta assertere conatus est in Dialogo  
Paradoxo satisfecit. B. Cel. Godof. Olearii Exercitatio Dia-  
logo illi opposita Lips. 1696. Doctrina igitur ejus petenda  
est ex Discipulis & Sectatoribus & Biographis ejus. (ε) in  
Arithmet. Initio conf. Schefferus I. c. c. 8. p. 57. Vid. Mor-  
hoff. Poly-Hist. T. II. I. I. p. 13. (ζ) In Vita Pythagoræ:  
Οὐτε δὲ ἐλεγε (sc: Pythagoras) τὰ ἀντα νὴ αἰδια , καὶ  
μονοδρασικὰ , ἀπερ ἐσὶ τὰ ἀσώματα ; ὄμωνύμως δὲ λοιπὸν ,  
ὄντες καὶ μετοχὴν αὐτῶν ἔτω καλέσομεν.

sane Ideas definiebat Plato, quam ejusmodi substantias æternas, quarum participatione & imitatione (\*) reliqua visibilia sunt ac dicuntur æquivoce. Hæc simpliciter ὥντε Pythagoræ quoque audiunt οὐντά. Sic enim de eo Plutarchus (θ) testatur disertè. Hinc τὸ ὥντε νοῦν οὐντά Pythagoræ alio tantum nomine Ideas vocavit Plato. Huc quoque faciunt Pythagoræ Numeri, (ι) qui pariter respondent τοῦς ἀριθμούς. Provoco inter alia ad clarissima Jamblichii verba. (κ) *Pulchrum quidem, ajebat Pythagoras, esse Universi fasciem & siderum, si quis velit contueri ordinem; Sed hoc secundum communicationem ejus, quod est primum ac intelligibile. Primum autem Pythagoræ dicebatur natura Numerorum, rationumque, quæ in omnibus cernitur, & secundum quam omnia sunt composita scite ac ornata convenienter.* En! eadem sunt Pythagoræ: Primum, intelligibile, & natura numerorum rationumque, λόγων, sic enim ideæ λόγοι quoque vocantur Platonicis.

### §. XIII. Reliquos quoque Pythagoricos in eandem ivisse sententiam, ut demonstrem, Epi- charmi

(η) Vid: Plotinus Ennead. V. l. IX. c. V. p. 559. (θ) Lib: adv. Coloten. Aliud, inquit, esse opinabile aliud intelligibile. Intelligibile est æternum, integrum temper, semperque quiescens sive simile. In Idea Unius & Entis ponit intelligibile. (ι) Ego, quod numeros Pythagoræ attinet, existimo, Pythagoram illis usum fuisse, ut Ideis suis Platonem, Lincolis suis Chinenses, inquit Morhoff Poly-Hist. T. II. l. I. c. 2. §. 4. p. 14. add. Joh. Meursius in Denario Pythag. & Petrus Bungus in libro de Mysteriis numerorum. (κ) Conf. Schefferus l. c. p. 62.

charmi, Parmenidis & Timæi Locri exempla sufficiant. Ex Epicharmi ( $\alpha$ ) scriptis Platonem ideas suas haufisse ex Alcimo probat Laërtius ( $\beta$ ) Epicharmi tamen, quos citat, versus Delio natatore indigent Interprete ( $\gamma$ ). Parmenidem ( $\delta$ ) in partes Platonis Plotinus ( $\epsilon$ ) trahit : *Atque sermones ejusmodi* (de Ideis intelligit) *non esse novos neque nuper inventos, sed quondam dictos fuisse, licet non explicatos; idque testimonios comprobari afferentibus, opiniones ejusmodi esse priscas.* Parmenides igitur prior ejusmodi opinionem attigit, ubi in idem Ens intellectumque reduxit, atque ipsum Ens in rebus sensibilibus minime collocavit, dicens: *intelligere est idem quod esse, idque immobile vocat;* & quamvis adjungat τὸ intelligere, removet tamen ab eo omnem corpoream motionem, ut eodem semper modo maneat. Quæ lucem capient, si in animum revocaveris, τὸ ὄντα & γνῶντα Pythagoræ idem denotare; Hoc enim sibi Parmenidis volunt verba: *Intelligere est idem quod esse;* Cujus tenoris quoque sunt Plotini: ( $\zeta$ ) *Intellectus essentia ipsa est visio.*

C 3

Ad

( $\alpha$ ) Epicharmum hunc Philosophum, Coum, à Comico diversum, quem Laërt: L. VIII. p. 131. Pythagoræ Auditorem describit, observat Aldobrandinus in Notis ad Diog. Laert. L. III. p. 91. quem Vossius de Poët. Græc, eundem esse existimat. add: Menagii Obsery. ad h. I. p. 86. ( $\beta$ ) L. III. p. 72. Lit. C. ( $\gamma$ ) Vid. Is. Casauboni & Ägyd. Menagii Observat; ad h. I. Laërtif. ( $\delta$ ) Discipulus primùm Xenophanis, quem Pythagoræ contraria statuisse decreta refert Laërtius l. IX. p. 241. Præceptorem tamen hunc non secutus, sed à Diochæte Pythagoricis imbutus doctrinis dicitur l. c. p. 242. ( $\epsilon$ ) Ennead. IV. c. VIII. p. 489. ( $\zeta$ ) Ennead. V. l. 2. c. I. p. 506.

Ad Timæum Locrum quod attinet, nihil relinquitur dubii, cùm liber ejus de Anima Mundi & Natura testis sit indubius; In hoc ita clare: (η) Universa vero esse Ideam, materiam, & quod sensui expositum est, velut ex his natum; Et illam, sc: Ideam, esse ingenitam (θ) & immobilem & manentem, & ejusdem naturæ, & intelligentiæ subjectam, & exemplum eorum, quæ generantur, & quæ in mutatione sunt; Tale enim quiddam Ideam & dici & intelligi.

§. XIV. Inoffenso jam pede ipsum aggressuri essemus Platонem, cùm Præceptoris ejus Socratis mentio jam injecta sit §. V; (α) Nisi adhuc occasionem

(η) Ex editione & interpretatione Jani Cornarii Basil. A. 1561. Novissima, post Thomæ Galei in Opusculorum veterum collectione Cantabr. A. 1671. & Amstel. 1688. Editio est B. Godofr. Olearii in Stanleji Hist. Philos. Orient. A. 1711. Hunc tamen Timæi Librum non usque adeo plenam mereri fidem judicat Morhoff. l. c. p. 13. §. 3. (θ) Sic quoque Plato teste Cicerone in Oratore c. 3. Ideas negat gigni & ait semper esse, vid: Plat: in Timæo cùm tamen alibi Ideas Boni filium & partum appelleat, in Repl. Dial. VI. Opp. p. 642. Plotinus vero Ennead. V. 1. 2. c. 1. p. 494. Ideam dicit progeniem Unius primamque genituram. Sed observat hic Theophilus Alethinus, (quem Joh. Clericum esse accepimus) in Notis ad Dionys. Petavii Dogmat. Theol. T. II. L. I. c. 1. p. 17. Τὸ γεννᾶν καὶ ποιῶν s. creare saepius Platoni idem significare, ut adeò Idea cùm dicitur αἰγέννησις. verti debeat, increata, s. sine ortu & initio; Generationem enim hanc æternam putasse, necesse est.

(α) His, quæ §. V. diximus adde testimonium Plutarchi de Placitis Philos. L. I. c. 3. de Principiis: Σωκράτης Σωφρονίσκος Ἀθηναῖς, καὶ πλάτων ἀριστοῦ Ἀθηναῖς (αἱ γὰρ τοῖς παντὸς ἐκατέροις δόξαις) τρεῖς αρχαὶ, τὴν Θεὸν, τὴν ὑλὴν, τὴν ιδέαν λέγεται.

sionem cerebrini hujus Idearum figmenti penitus inquirere animus esset. Fundamento non destituitur, quam Famigeratissimus profert Clericus, (β) conjectura. *Cum antiquissimi, inquit, Philosophi agerent de Ideis, quō nomine significabant, ut videtur, abstractas omnium rerum notiones, quae divino Intellectui obversabantur, antequam quicquam crearet; Ita interdum loquebantur, quasi ejusmodi notiones naturæ quedam seorsim existentes fuissent. Quō factum, ut Plato, aliique eum sequuti, Ideas existimarent esse, ex eorum sententia, substantias quasdam.* Dubitandum enim non est, quin ex traditione Majorum & fama & commercio cum Hebræis Ethnici acceperint, DEum Præscientiâ suâ ab æterno omnia novisse ac prævidisse, quæ in tempore creavit; De his igitur notionibus intellectui Divino ab æterno obversantibus cùm terminos abstractorum adhiberent; Facili inde negotio, abstracta hæc in essentias & per se subsistentes naturas convertendi occasionem occæcata Ethnicorum arripuit ratio; *Quem in modum res in aliis exemplis se habuisse, clare cernitur.* Sic Attributa DEI, amorem, justitiam, Providentiam, Sapientiam, mirâ μετεμορφώσει ceu personas totidemque DEos in Scenam produxerunt; Hinc Amor apud Hesiodum (γ) pulcherrimus inter immortales DEos. Hinc Themis, Fatum, Fortuna, Minerva, & quis recenseret omnes? Aliam adhuc, quæ tamen adductæ non contradicit, ansam comminiscendi Ideas Socrati fuisse, refert Aristoteles (δ) Cratylus nempe ex Heracliti familia

(β) Artis Criticæ Vol. I. P. II. S. 2. c. 4. §. 4. p. 421. (γ)  
in Theogonia vers. 120. (δ) Metaphys. I. XIII. 4 & 9.

milia Philosophus (e) hæc sensibilia revera non esse, sed fieri tantum, hoc est, fluere jugiter ac moveri docebat; Quibus positis certa omnis tolleretur scientia, & Scepticismo patulae panderentur fores; Socrates igitur hæc quoque pro veris amplexus, ut tamen apodicticas veritates, hac doctrina pessum ituras, ab interitu affereret; Universales quasdam rerum essentias stabiles & æternas præter hæc sensibilia sibi admittendas esse animadvertisit; Hincque enatae ipsi sunt Ideæ, ut & Heraclitianam simul ac suam de certa scientia hypothesin sartam servaret tectamque. Nondum tamen universales essentias, ab ipsis rebus singularibus, quarum essent essentiæ, separasse & avulsisse; Sed in hoc à Socrate discessisse Platonem accusat Aristoteles.

§. XV. Nihil amplis impedit, quo minus de ipsa mente, quam de Ideis fovit Plato, simus solliciti. Ast hic nos spissis immergimus tenebris & tot diversarum sententiarum huc illucque agitamus fluctibus, ut, ubi stabilem figamus pedem, vix inveniamus. Adeò sibi ipsi non constat Plato & obscuris rem involvit subtilitatibus, ut verus ejus sensus emunctoris me naris Eruditis vix suboleat. Accidit hic, quod è somnio, quo moribundus Plato in Cygnum converti, atque ab arbore in arborem transvolitando, aucupibus molestiam creare visus est, vaticinabatur Simmias Socratus, fore, ut illum, qui deinceps expōnere gestirent, haud omnino capere valerent. Aucupibus enim similes sunt Interpretes, mentem antiquorum explorare nitentes. Capi autem Plato propterea nequit, quod

(e) Conf. Dionys. Petavius Dogm: Theol. T. I. L. IV. C. IX. p. 188.

quod sermones illius, quemadmodum & Homerici, pby-  
sicè, ethicè & theologicè, & ut summatis dicam multi-  
fariam accipi posse videntur, referente Olympiodoro  
(α) Hanc obscuritatem in eo quoque reprehendit  
Laërtius (β): *Iisdem, inquit, nominibus utitur ad  
diversas res significandas; Sæpe etiam diversis nominibus  
idem significat; quin etiam contrariis vocibus uti-  
tur ad idem significandum; sic ideam nec moveri vult,  
nec manere, idemque unum esse & multa.* Præcipue  
hæc de Ideis doctrina multum habet caliginis, ut haud  
immerito in Proverbium abierint Platonis numeri. (γ)  
Periculum tamen faciemus, quidnam senserit de Ideis  
Plato, exploraturi.

§. XVI. Ut ordine vero procedamus, in  
antecessum varia vocis Ideæ apud Platonicos acceptio  
eruenda est ac evolvenda. Duas Idearum classes con-  
stituit Jacobus Thomasius, (α) quarum alias divi-  
nas & exemplares, alias humanas & scientificas ap-  
pellat. Sed inadæquata hæc est divisio, nec omnem  
exhaurit Idearum doctrinam. Triplices esse, afferit  
Marsilius Ficinus: (β) *Formæ quidem aliæ omnino  
sunt conjunctæ corporibus, aliæ penitus segregatae; Illæ  
naturales; Haæ divinæ vocantur, sunt & media, con-  
D junctæ*

(α) In Vita Platonis versa & illustrata à Jacobo Windet, que  
habetur in Diog. Laërt. edit. Londin. 1664. (β) l. c. p.  
84. (γ) cum quibus pari ambulant passu ejus Ideæ. Hinc  
Cicero VII. ad Attic. 13. Ænigma Oppiorum ex Velia non  
plane intellexi, est enim numero Platonis obscurius.

(α) l. c. p. 278. (β) in Epist. VII. Platonis Argum. Opp.  
Platonis Jani Cornarii edit. A. 1561. p. 984.

junctæ quidem quodammodo, & quodammodo separabiles, i. e. rationales animæ, inter divinas & naturales mediae. Quas Thomasius vocat scientificas, Ficinus dicit rationales & medias; Addit vero naturales; Ast ne hoc quidem ternario acquiescimus numero. Sic enim distinguit Psellus: ιδεας νομιζουσιν μὲν τὰς τὰς παλρὸς ἐννοίας, νυν δὲ τὰς καθόλων λόγων Φυσικὰς, καὶ ψυχικὰς, καὶ νοητὰς, νυν δὲ τὰς ἐξηρημένας τὸντων ὑπάρχεις. (γ) Τὰς τὰς παλρὸς ἐννοίας divinas significare Ideas, nemo ibit inficias; An vero differant λόγοι Φυσικοὶ, ψυχικοὶ & νοητοὶ? in utramque adhuc ventilari posset partem; Diversi tamen esse, mihi omnino videntur. λόγοι Φυσικοὶ sunt, quas Ficinus appellat formas naturales cum corporibus conjunctas; Imitamina, imagines, simulacra, & umbras dicere amant Platonici. (δ) ψυχικοὶ vero λόγοι sunt Ideæ, quas continet anima mundi, de quibus agit Plotinus (ε) Νοητὰς tandem putamus esse rationales animæ

(γ) Ultima verba: τὰς ἐξηρημένας τὸντων ὑπάρχεις vertit Just. Lipsius Physiol. Stoic. l. 2. Dissert. 3. abstractas à rebus substantias; Sed haud accurate ex mente Platonicorum; Non enim à rebus, στοιχεῖα, abstractas esse ideas, sed ipsas solas vera esse Entia statuebant vid. Plotinus Ennead: IV. p. 485. quamvis à materia omnino abstractas putarent; Hinc verendum potius; abstractas Entium subsistentias i. e. Entia à materia abstracta per se subsistentia. (δ) Ea, quæ in terra sunt, veritatis imitamenta, mendacia, opiniones phantasias, nihil vocat Parmenides apud Senecam Epist. 88. (ε) Jam vero affirmabit Mentem ipsam animæ rationes infundere; Proinde mentem alteram esse velut animæ speciem, mentem videlicet secundum formam; Alteram vero, quæ ita formam animæ præbeat, cui quidem Menti omnia insunt quæ largi-

mæ humanæ scientificas. Hæc igitur est catena ordoque Idearum : Primùm sunt Ideæ Divinæ in DEI Mente ; Hæc infundit omniformes Ideas, habentes aliquid veritatis, Animæ Mundi ; Ab hac Ideæ umbratiles imprimuntur corporibus ; Anima vero nostra per scalam ab imis ad summa ascendit, eundo per quatuor gradus, sc: assimilationem, opinionem, cogitationem & Intelligentiam (ζ). Nobis ab Ideis Divinis initium est faciendum.

§. XVII. Quæstioni igitur : quid sint Ideæ divinæ ? satisfactoris audiendus est primùm ipse Plato, qui (α) sic definit : ἐσι γένος τὸν ἔκαστον, καὶ στοιχία αὐτὴν καὶ αὐτὴν. i. e. est genus quoddam unius cuiusque, & substantia ipsa per se consistens. Et (β) τὸ κατηγοριακόν εἶδος, ἀγέννητον καὶ ανάλεθρον, όδε εἰς τὸν οὐλόν εἰσιν εχόμενον ἄλλο ἄλλοδεν, γάπτιον οὐλόν εἰς ἄλλο ποιεῖν, αἴραντον δὲ, καὶ ἄλλως αἴραντον i. e. Species, quæ semper eadem est,

D 2

sine

largitur ; Et quæ largitur animæ, veritati proxima sunt, quæ vero corpus accipit; imagines sunt atque imitationes quædam Ennead. V. l. IX. c. 3. p. 557. (ζ) petita hæc sunt ex Platonis de Rep. Dial. VI. in fin. quæ ulterius explicabimus infra, ubi de Ideis scientificis erit agendum. §. 21.

(α) In Dialogo IX. Tetrilog. III. qui inscribitur Parmenides s. de Ideis p. m. 200. (β) in Dialogo XXXI, qui inscribitur Timæus s. de Natura, & est quasi Commentarius in Timæi Locri librum de Anima mundi & natura, de quo judicat Galeus in Præfat. Edit: Cantabrig A. 1671. Timæus Major, occasione hujus, sc: Timæi Locri, scriptus à Platone, potes dubitare, illustrioremne an obscuriore reddiderit. Certe dum Dialogum suum κηρύξαντος Βοσρυχίζων huic Loco lucem dare studuit Plato, in nonnullis locis simplicem & rectum scriptorem anili superstitione corrupit.

sine ortu atque interitu, quæ nec in se accipiat quicquam aliud aliunde, neque ipsa mutetur in aliud quicquam, invisibilis nulloque sensu perceptibilis. Aliorum si placet audire definitiones; En tibi Pselli: (γ) Idea secundum Platonem est prima Opificis notio, velut futuri operis typus quidam ac delineatio. Interpretate Alcinoo: (δ) ὡρίζονται τὴν ἵδεαν παράδειγμα τῷ καὶ Φύσι τῷ αἰώνῳ. Prolixiorem suppeditat Augustinus: (ε) Sunt Ideæ principales formæ quædam vel rationes rerum, stabiles atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodem modo sese habentes, quæ in divina intelligentia continentur. Et cum ipsæ neque oriantur neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne, quod oritur & interit. Accuratissima, me judice, Plutarchi (ζ) tandem agmen hoc claudat: Idea est essentia incorporea, per se ipsa subsistens, informans materias formâ destitutas, & causâ, cur hæ appareant. Socrates & Plato sejunctas à materia essentias statuunt, in intellectuibus & imaginationibus DEI, hoc est, Mentis subsistentes. Variis hisce in definitionibus Ideam mox νόησιν τῷ Θεῷ mox παράδειγμα, mox στοιχίαν αὐλήν Καθ' αὐλήν mox νοητὸν vocari videris; Quæ differentia ex vario Ideæ respectu ortum trahit, prout vel absolute in se, vel relative, in comparatione vel cum DEo, vel cum hominibus vel cum materialibus corpóribus consideratur. Apprimè hoc innuit

(γ) Quæst. Physic: quæst. 3. ἵδεαν λέγει Πλάτων τὴν πρώτην ἔννοιαν τῷ Θεῷ, καὶ αὐτούπωσιν, Καθ' ἣν τὸν Κόσμον ἐδημιουργησεν. (δ) Introd. in Philos. Platon. c. IX.  
(ε) Libro 83. quæst. quæst. 46. (ζ) De Placitis Philos. L. I. c. X.

innuit Alcinous (η) *Est autem Idea, quod ad DEum spectat, notio DEI; ad nos vero primum intelligibile;*  
 (θ) *ad materiam, mensura; (ι) ad mundum hunc, qui in sensus cadit, exemplar; ad seipsum vero, essentia.* Harum tamen Idearum divinarum duo Proclus (κ) statuit genera: Nam alias esse vult, quæ rerum substantias & subsistentias continent, ut est Idea hominis, equi, bovis, ac cœterorum, quæ subjecta vocantur; Alias eorum, quæ subjecta perficiunt, cuiusmodi sunt Ideæ boni, justi, pulchri, sapientiæ, reliquarumque virtutum; Ac priorum principem docet esse τὴν γείαν; posterioris generis τάγαθὸν.

§. XVIII. Ut vero Idearum Platonicarum natura majorem capiat lucem; in abstrusa Philosophia

D 3

sophi

(η) I. C. οἵτις δὲ τῷ ιδέᾳ ὡς μὲν πρὸς τὸ Θεὸν νέοτες αὐτῷ;  
 ὡς δὲ πρὸς ἡμᾶς, νοητὸν πεῖστον; ὡς δὲ πρὸς τὴν ὑλὴν,  
 μέτρον; ὡς δὲ πρὸς τὸ αἰσθητὸν κόσμον, παράδειγμα; ὡς  
 δὲ πρὸς αὐτὸν ἐξεπεζομένη, γεία (θ) DEum ipsum summum neque intelligere, neque intelligi aut cognosci posse,  
 Platonicis erat persuasum vid. Plotinus Ennead. V. l. 3. c. 14.  
 p. 511. Ideæ igitur proximæ post DEum ab inferioribus natu-  
 ris intelligi & cognosci possunt, easque sui contemplatione  
 pascunt, ut explicat Hesychius; Νοητὸν δὲ τὸ νοήμενον,  
 τροφὴ δὲ τρόπον τίνα τῷ νοῆσθαι τὸ νοήμενον. Vid. Clerici  
 Index Philol. ad Stanleji Hist. Philos. Orient. sub voce  
 νοητός. (ι) Omnia juxta mensuram harmanico conspi-  
 rate concentu, Pythagoræ doctrina erat; Numeros vero  
 harmonici hujus consensus causas, quorum in locum Plato sub-  
 stituit ideas. (κ) In Comment. ad Plat. L. VI. de  
 Republ. p. 425.

sophi hujus dogmatum adyta nobis, licet non initiatis nec adeptis, paulo penitus est penetrandum. Platonis vero lateri socium adjungemus Plotinum, Discipulorum Platonicorum Coryphæum. Duo nempe Plato statuebat principia sibi coæterna (α) DEum atque Materiam. (β) DEus Stylo Pythagorico ipsi appellatur

(α) Sic Laërtius I. III. p. 85. lit. F. δύο δὲ τὰ πάντα απέφηνεν αἰρχάς, Θεὸν καὶ ψυχὴν. Duone, an tria Plato statuerit principia? Disceptant Aegyd. Menagius & Mericus Casaubonus in Observat. ad h. I. Laërtii. Trium principiorum Platonicorum mentionem faciunt Plutarch. de Placitis Philos. L. I. c. 3. sc: τὸ Θεόν, τὴν ψυχὴν; καὶ τὴν ἰδέαν. It. Apulejus de doctrina Platonis I. I. Chalcidius in Timæum, Origenes in Philosophumens anecdatis, Cyrillus contra Julianum I. II. aliique; Cum Laërtio tamen duo tantum principia numerat ipse Plato in Timæo: δύο αὐτίκαι, τὸ μὲν αὐταγκάριον, τὸ δὲ Θεῖον. Haud tamen difficile est, hæc conciliare, cum idea non uno in loco à Platonicis quoque vocetur DEus; deinde ipse Timæus Locrus ideas numeret inter causas adjuvantes; sunt igitur Duo principia; Aut idea ad DEum refertur ut causa adjuvans, & sic intelligendum est illud Platonis: οὐ Θεὸς ἐπλάσε τὸν Κόσμον πρὸς εαὐτὸν ὑπόδειγμα. (β) Nulla, (ausim hoc affirmare) inter gentiles Philosophantium sectas, (quæ quidem DEum esse faterentur, eumque boni omnis originem esse crederent) fuit, quæ non hunc benignissimo rerum fonti aliud ex adverso Numen malignum opponeret, ejusdem cum DEO æternitatis, cuiusvis mali radicem, videlicet Materiam, atque adeo duo rerum principia prima contraria poneret; Boni DEum; Malum materiam. Sunt hæc verba Jac. Thomasi I. c. p. 288, 289. An eadem quoque fuerit mens Platonis, in utramque ventilari potest partem; Timæus Locrus in Libro suo de Anima mundi disertè materiam vocat æternam; Nec verba

appellatur *μονάς*, s. Unum (γ) & Bonum. (δ) Intricate de hoc somniat, Unum hoc, quā Unum, neque totum esse neque partes, neque moveri, neque stare, neque ab alio, neque à seipso esse, neque cum aliis, neque alicui simile, neque dissimile, neque major neque minus, neque antiquius neque recentius admittere, quinimo plane non esse, (ε) neque nomen

verba Platonis in Timaeo & Politico alium admittunt sensum, quām materiam ut principium DEO fuisse coeternum; Confirmanter hoc Atticus, Plutarchus, Alcinous aliquies Porphyrius tamen hos confutat in Comment. in Timaeum, demonstrans materiam non ab æterno ex se existisse, sed effici quoque à DEO, à quo perficiatur. Vid: Marsilii Ficini Comment: in Plotini Ennead. II. L. IV. p. 149. Quamvis igitur Plato ab hoc errore, quo materia in principiorum æternorum classem evehitur, absolvit plane non possit; Haud tamen materiam ut Numen aliquod DEO Bono opposuisse accusari potest; Cùm potius materiam informem & non ens maximo habeat respectum, & nudam potentiam omnibus viribus actualibus vacuam statuat.

(γ) Triplex est Unum: Unum primum, quod hic intelligimus; Et Unum secundum, Mens sc. & Intellectus, quod simul multa sunt, ob multitudinem Idearum; Tertium sc. Anima Mundi. Clare hanc divisionem Unius tradit Plotinus: Ennead. IV. I. I. p. 490. Ο δὲ παρὰ Πλάτωνι Παρμενίδης αἱριθέσερον λέγων διαφέρει ἀπ' ἀλλήλων τὸ πρῶτον ἐν, ο Κυριότερον ἐν, καὶ δεύτερον ἐν, πολλὰ λέγων; καὶ τρίτον ἐν, καὶ πολλὰ.

(δ) Boni quoque vocabulum bifariam Plato videtur usurpare L. VI. de Republ. ac tam pro Ideis, quas vocat τὸ αὐθικαλὸν, τὸ αὐθαγαθὸν, quam pro summo rerum omnium & idearum ipsarum principio sumisset. Vid. Proclus in Comment. ad Plat. de Republ. p. 427. (ε) Plato in Parmenide p. m. 204. Unum neque unquam factum est, neque fiebat,

neque

men neque intellectum habere. (ζ) Uuum enim, quā Unum, est supra essentiam (η) & essentia & Unum duo sunt; (θ) Essentia tamen per generationem emanavit ex uno, sicque Unum, quatenus est, totum est, & partes ejus sunt: τὸ Unum, & τὸ esse. Emanavit vero essentia ex uno, cūm Unum respexit in seipsum, intellectusque prodiret (ι) Hæc essentia igitur est intellectus

&amp;

neque erat unquam; neque nunc sit, neque est, neque postea erit. Nullo modo igitur unum essentia participat. Nequaquam ergo εἴτε Unum. Et Plotinus Ennead. V. I. II. c. 1. p. 494. Ob hoc ipsum Unum non est Ens; sed Ens progenies ejus est. (ζ) Plato I. c. Neque igitur nomen est ipsi, neque scientia, neque sensus, neque opinio. Et Plotinus: Unum neque intelligit neque cognoscit. Ennead. VI. I. 7. c. 3. & Ennead. V. I. 3. c. 14. p. 511. (η) Plato de Republ. VI. p. m. 643. Majori honore afficiendum est adhuc ipsum Bonum. Bonum ipsum essentia non est; sed adhuc ultra essentiam dignitate & potestate præminet. (θ) Plato in Parmenide p. m. 204. Aliud necesse est essentiam ipsius esse, aliud ipsum unum; siquidem essentia non est unum; sed unum essentiā participat. Quid vero cum dixero: Essentia & Unum, nonne ambo dico? Maxime. Hæc est Dyas illa, de qua in Oraculis Zoroastris vers. 3, 4. Μονᾶς, ἡ δύο γέννα. Αυτὰς γάρ παρὰ τῷδε Κάθηται οὐκεράσις αἰράπτει τομῆς. Vid. Joh. Clericum in Notis ad h. vers. Orac. (ι) Plotinus V. c. I. L. 2. p. 494. Factus est ita, ut in seipsum respiceret, & sic prodiit intellectus, & conversio ipsius ad illud Ens produxit; Aspectus autem ad seipsum, taentem; Quando igitur incumbit, sc. Unum, ut se cognoscat, simul intellectus gignitur & Ens. Ob hanc emanationem ex Uno Intellectus Platoni dicitur Boni filius & partus, & comparatur emanationi lucis ex Sole. Dial. VI. de Republ. p. m. 642. seq. Pollicem his premit Plotinus I. c. c. 15. p. 512. ἀλλ ὅμως δὲ ἐστι εἰπεῖν, ὅμως εἰκ φωλὸς τὴν ἐξανθή τοῦ λαμψίου.

& Mens ; Hinc essentia & Veritas sunt *ισοδυναμήται* (π)  
Fuit tamen hæc essentia primùm informis, per deside-  
rium vero appropinquavit ad Unum , illud intellige-  
re nitens ; Hinc ex Uno accipit omnium rerum Ideas  
s. formas , quæ vera sunt Entia , (λ) Multiplicatis  
sic in intellectu formis , fit multiplex & à simplicitate  
Unius recedit , ut adeò differat ab eo (μ) Unum  
igitur , quà Unum differt ab omnibus, licet omnia  
in se concludat ; Ast Unum , quà est , omnia est,  
(ν) Essentia enim hæc intellectualis cuncta in se simul

**E**ntia

(x) Plato in Timæo p. m. 734. Nam quod est essentia ad id,  
quod sit, est veritas, ad id quod creditur. (λ) Plotinus V. l.  
3. c. II. p. 508. ὥρμησε μὲν , sc. intellectus, ἐπ̄ αὐτῷ .  
nempe Bono, όχι ως οὐδεν, αλλα ως οὐψις γάπω δερκόσα. Et  
post pauca: πρὸ δὲ τότε ἔφεστις μόνον, καὶ αὐτόπιος οὐψις.  
ΣΤΟΥ γύρον οὐδεν, επέβαλε μὲν ἐκείνῳ, (sc. τὸ ἐπέκεινα θέλω  
νοεῖν, ut in præced.) λαβὼν δὲ (sc. τύπον τῷ οράματι)  
s. ideas ut in præced.) ἐγένετο οὐδεν, καὶ δύσια καὶ νόησις.  
Οὐτε ενόησε; πρὸ γὰρ τότε οὐδέποτε ήν. τὸ νοῆτον όχι ἔχειν.  
(μ) Plotinus I. c. p. 509. Si autem essentia ipsius est actus,  
actus vero est multitudo; tam multiplex ejus essentia erit,  
quam multiplex ejus actus. Et post pauca: Deinde cognoscent  
actus semper existentes esse substantias quasdam sive supposita  
quædam; Cum vero supposita quædam sint, diversa erunt ab  
eo, ab quo procedunt; manente quidem illo simplici, dum  
quod ab eo procedit, multitudo evadit. Gemina his habet  
Plato in Parmenide p. m. 204 seqq. (ν) Hoc per totum  
Parmenidem fuse & confuse demonstrare nititur Plato, quod  
Unum differat ab omnibus, & tamen sit omnia; Gryphum  
hunc clarius paulo explicat Plotinus. I. c. 15. p. 513. Unum  
habet in se omnia, tanquam nondum inter se discrete; Quæ  
vero in secundo sunt, ratione inter se discernuntur, actu enim  
jam cernuntur; illud autem omnium est dūnamis.

Entia genuit (ξ) eadem complectens, sicut totum partes, & genus species (ο) Hæc essentia, intellectus, Mens, λόγος (π) Boni filius (ρ) deteriorius tamen quid & inferius ipso est uno. (σ) Quando igitur hic intellectus respicit in Unum & videt in eo omnia potentialiter latentia ; Actus hic videndi permanationem actualis evadit substantia, & quod sunt actus, tot sunt substantiae sive supposita, (τ) quæ ab invicem quidem discernuntur, quatenus tamen uno intellectu continentur, unum sunt. Hic Intellectus omnium Entium, essentiarum æternarum & Idearum complexus vocatur animal intelligibile & mundus

(ξ) Plotinus l. c. Ennead. IV. c. VII. p. 489. Hic igitur intellectus purissimæ mentis appellatione dignus, non aliunde, quam ex primo principio nasci est judicandus, atque hunc jam genitum, cuncta secum simulantia genuisse, universam pulchritudinem Idearum, intelligibiles Deos omnes. (ο) Plotinus Ennead. V. c. IX. c. 6. pag. 560. (π) Plato in Epinomide, cum de mundo esset locutus, subjicit, ὃν ἔτεξε λόγος, ὁ πάντα Γαν Θείστας, ὄρατος ; & in Timæo vocat λογισμὸν. (ρ) Plato in Dial. VI. De Republ.

(σ) Plotinus l. c. p. 512. ὃ τάῦλον ἔμελλε τὸ εὖ ἐκεῖνῳ σκεῖν ; εἰ δὲ μὴ τάῦλον, ὃ δέγε βέλτιον, πὶ γὰρ αὐτὸν ἐνός, οὐ τὸ μὴ ἐν πολλᾷ ἀραι, εφιέμενον δὲ ὅμως τῷ ἐνός & p. 508. C. II. δεῖ τὸ πάντη αἰσθῆν καὶ πεῖσθαι αἰσθάνων εἰπέκεινα νῦν σιναι. Et c. 14. αἰσθῶς δὲ οἴς ἀραι, αἱς δὲ πάντα, αλλὰ παρεῖτον τάττε, οἱ λέγομεν οὐ, αλλὰ καὶ πλέον, καὶ μεῖζον οὐ λέγομεν οὐ, ὅπις καὶ αἰσθῶς Κρείτιω λόγυς καὶ νῦν. (τ) Plotinus l. c. 87. διὰ δὲ οὐδὲ εἰπεβαλε μὲν ἐκεῖνῳ, λαβὼν δὲ σύνεντος νῦν, αἱ δὲ εὐδιαδέμενοι καὶ γενόμενοι καὶ νῦν καὶ στιά μὴ νόησις, ὅτε νόησε. Vide quæ adduximus sub Lit. (μ)

dus intelligibilis; (v) Ideæ vero singulæ sunt Dii intelligibiles (φ) Ex altera parte materia informis, tenebrosa, mala (χ) perpetuô quidem, sed erroneô & inordinato motu fluxuqve agitata (ψ) nihil habet veræ essentiæ, sed non ens est. (ω) Hæc facies fuit rerum ante creationem Mundi hujus visibilis.

§t XIX. Ex mente hac emanavit Anima Mundi, (α) Idearum qvoqve fœcunda, sed qvæ non amplius veritatem primam, sed dependentem & proxi-

E 2 mam

(v) Plato in Timæo, p. m. 733. Mundum visibilem necessariò ad alterius cuiusdam imaginem productum esse argumentatus, colligit mundum intelligibilem, qvi omnia animalia *νοητά* qvæ visibilia hic complectitur, involvat, cumqve mundus hic sit animal Platoni, superiorem qvoqve mundum non potest non hoc insignire nomine. (φ) Plotinus I. c. p. 489.

(χ) Plato materiam vocat informem, quæ careat omnibus ideis, quas aliunde suscipit, quæ non possit videri sed nuda sit potentia recipiendi formas vid. in Timæo p. m. 743. Mala vero esse s. mali originem haud sub obscure innuit, mortalitatem, Voluptates, iram, & cupiditates ex materia derivans, ibidem. Clariùs id docet Plotinus Ennead. I. L. 8. c. 5. p. 75. Quod penitus deficit à Bono, qualis est materia, id revera malum est, nullam boni possidens portionem. Materia sane neque τὸ esse habet, cujus ope bonum habere potuerit; sed τὸ esse de ipsa æquivocè dicitur. Et p. 77. Mala proveniunt ex antiqua natura, inquit Plato, significans subjectam materiam. (ψ) Vid. Plato in Timæo p. m. 733. (ω) Plato vocat materiam id quod fit & perit, re vera autem nunquam est. & p. 744. de materia inquit, quod ipsa penitus nihil sit. His accedit Plotinus II. 5. p. 175. Si igitur materia Entium nullum est, necesse est, ipsam non esse ens.

(α) Plotinus I. c. p. 487. Jam vero anima Mentis est *λόγος τῷ ἐνέργειᾳ*, sicut Mens est DEI s. Unius it. p. 494.

mam habent (β) Mixta enim hæc est anima ex es-  
sentia intellectuali, & materia; (γ) Ideæ proinde s.  
λόγοι ἀπερματικοὶ, rationes seminariæ, quas in se produ-  
cit anima, non sunt sempiternæ & immutabiles, (δ)  
Duo igitur sunt in Anima; Primum ipsa Mens, quæ  
Plotino audit ἡ κτήτη μορφὴν (ε) & in sinu suo gignit  
hasce Ideas secundarias s. λόγος ἀπερματικός; Deinde  
substantia materialis, quæ ubi mixta est cum mente  
intellectuali, resultavit inde media substantiæ species,  
quæ est ejusdem naturæ & alterius, i.e. immutabilis si-  
mul & caducæ mutabilisque.

§. XX. Deus igitur non ex necessitate, sed be-  
nignitate (α) mundum visibilem producturus, ma-  
teriam

(ε) Vide locum Plotini citatum §. 14. in notis lit. ε) (γ) Sic  
garrit Plato in Timæo, quem locum ob prolixitatem piget  
transcribere conf. quæ super eum commentatur Clericus Art.  
Crit. Vol. III. Epist. VII. p. 199. seqq. (δ) duplicis quo-  
que generis Ideæ sunt in Anima p. in parte ejus superiori sc.  
Mente, p. in inferiore, quæ propriè dicitur anima, vel  
etiam natura: Sic Plotinus: Anima suspiciens illuc, un-  
de manavit. Impletur, nempe radiis idearum; Progressa ve-  
ro in motum alium & oppositum, producit sui simulachrum,  
sc. Φύσις ἐν τοῖς Φυτοῖς. p. 494. de posterioribus hic lo-  
quimur, utentes verbis Plotini ex L. IX. c. 4. p. 558. seqq.  
(ε) Vid: locum cit. §. 14. lit. ε. Plato in Timæo: Mentem,  
inquit, posuit in anima. Triplicem mentem statuisse videtur  
Plotinus Ennead. V. I. I. c. VI. Primam vocat χρέωνα νῆστον;  
alteram νῆστον δέυτερον à Primo genitam; Tertiam denique  
Animam à secunda Mente genitam vid. Dionys. Petavius  
Dogm. Theol. T. II. I. I. c. I. p. 16.

(α) ἀναγκῶν enim τῷ θεῷ opponit Plato in Timæo Ma-  
jori. item Timæus Locrus ab init: Per ἀράγον intelligens  
mate\*

teriam erroneo & vagabundo motu agitatam in ordinem redegit, accommodando eam & assimilando mundo intelligibili; Mensura igitur, secundum quam motus materiae dirigebatur a Deo, erat ordo idearum in mundo superiori, pulchritudo illa cœlestis. Hinc mundus,  $\kappa\sigma\mu\varrho$ , pulchritudinis quoq; factus est particeps; Hinc snavis non tantum omnium partium mundi inter se, sed mundi quoque superioris cum inferiori Harmonia. Hinc omnia animalia & Entia, quæ per verum essendi modum sunt in mundo intelligibili, quoque producta sunt in visibili; ( $\beta$ ) Cum vero materia omni destitueretur essentia; Essentias tamen æternas intellectuales ipsas non caperet; Imagines tantum & simulacra Idearum s. æternarum essentiarum, sicut sigillum ceræ, impressæ ( $\gamma$ ) sunt materiae, adeoque mundus intelligibilis factus est exemplar

## E 3

## plar

materiam. Ex Benignitate vero DEI productionem mundi derivat Plato l. c. dicens: Deus Bonus erat; Bono autem nulla unquam de ullare ineſt invidia. Quoniam vellet Deus bona quidem omnia, malum autem nihil esse, universum, sc. materiam, ex confusione in ordinem adduxit. ( $\zeta$ ) Plato in Timæo p. 738. Quando intellectus ideas existentes in animali sc.  $\nu\alpha\gamma\lambda\omega$ , contemplatur, quales & quot sunt; tales & tot etiam animal hocce visible habere oportere statuit: quæ verba repetit & explicat Plotinus II. l. 9. p. 204. ( $\gamma$ ) Simile a sigillo petitum adhibet Ammonius in Comment. ad Porphyrii Institutiones: Forma, inquit, s. Idea ineſt in opifice tanquam typus in annulo, ac dicitur hæc forma ante multa, & a materia separabilis; Sed in singulis illa forma est, velut in ceris impressæ sunt figuræ; atque hæc in multis dicuntur esse, & a materia non possunt divelli. Vig. Dionys. Petavius T. I. L. IV. c. X. p. 195. seqq.

plar & *υπόδειγμα* materialis & visibilis mundi, & eate-nus ea, quæ videmus per assimilationem tantum um-bratilem participant essentiâ. (d) Omnia quidem con-stant materia & forma; sed, quam vides, forma non est vera substantialis, qvippe quæ manet in Intellectu divi-no; Verum substantialis formæ imitamentum & um-bra; Adsunt nempe per omnipræsentiam Ideæ intelle-ctuales materialibus corporibus, sed non insunt formæ instar informantis conjunctæ. (e) Quæ fiunt arte, naturam imitante v.g. in picturis & statuis; sunt um-bræ umbrarum, imaginum imagines, (z) sicque eò longiori à veritate divortio abeunt.

S. XXI. Hactenus Idearum divinarum, *Ψυχικῶν* *καὶ Φυσικῶν* seriem nexumque percurrimus; Deve-niendum jam est ad Ideas scientificas animæ nostræ. Quæ in corporis carcerem nondum detrusa, quæ me-iorem & diviniorem sui partem (a) è numero erat  
Ideas

(d) Vid. Plato in Parmenide p. 198. (e) Vid. Plotinus Enneade VI. L. V. Quod Ens unum idemque existens sit simul ubique c. VIII. p. 665. ubi demonstrat, materiam ab Ideis il-lustrari, non per remotam distantiam, sed præsentem atta-ctum, ita tamen, ut Ideæ materiam non ingrediantur, ne-que cum ea misceantur. (z) Vid. Plato Dial. X. de Re-publ. p. 691. ubi affert exemplum triplicis sellæ, 1) quæ est in Mente divina, idealis ac æterna, 2) naturalis & 3) picta.

(a) Tres enim animæ partes comminiscitur Plato, in Timæo p. m. 752. quarum primæ immortali & divinæ sedem assignat in capite; Duabus posterioribus mortalibus & materiæ com-mixtis, alterâ in pectore, alterâ in inferiori ventre septum thoracicum inter & umbilicum collocatis, conf. Laërtius I. c. p. 85.

Idearum intellectualium; ( $\beta$ ) Astgyro & revolutione circa contemplanda alia *νοητά* defatigata & forte propensione in corpus alis amissis ( $\gamma$ ) in corporis vincula conjecta, quasi per transennam sensuum ope primum res intuetur visibles; Quæ si fuerint arte factæ, conferendo eas cum naturalibus, inde haurit Ideam assimilationis, quæ v g deprehenditur inter hominem pictum & vivum; Hæ Ideæ tantò minus veritatis allunt, quo longius arte facta à prima veritate recessisse supra diximus. Res corporeas naturales si ministerio sensuum contemplatur anima, elicit inde opinionem; λόγοι enim *περιουσιακοί*, qui latent in corporibus, non sunt stabiles & semper iidem, sed mutationibus obnoxii; Horum igitur, quomodo certa dari posset scientia? In his proinde prædominatur Scepticismus. Qvodsi tamen Anima, sopore excusso, corticibus hisce non inhæreat; sed meditatione in semet descendat, offendit ibi ideas ante detrusione in corpus sibi per puram contemplationem communicatas; Opinabilium igitur occasione excitata, cum his illas sensuales ideas conferendo, reminiscitur ( $\delta$ ) verarum Idearum, scintillulæ instar sub cinere molis corporeæ sepultarum; Hæc

## Recor-

- ( $\beta$ ) Vid. Laërtius l. c. ὅριζεται δ' αὐτὴν ιδέαν τῆς πάντης *διεξόδης πνεύματος*. ( $\gamma$ ) Fabulam illam de hoc Anima in cœlis Deorum in confortio degentis vitæ curriculo ssviter depingit Plato in Phædro s. de Pulchro p. m. 316. seq.  
 ( $\delta$ ) Vid. Plato in Dial. Menon s. de Virtute p. m. 503. Anima, inquit, quæ immortalis est, sæpe renata, quæ sæpe vidit, & quæ hic sunt, & quæ apud inferos, & omnes adeò res, nihil reliqui habet, quod non didicisset. Quare nihil miri est etiam de virtute & aliis, ipsam in memoriam revocare posse, ea quæ prius novit.

Recordatio appellatur Cogitatio, media inter opinionem & Intelligentiam. Tandem cum Anima per mortem Philosophicam ab omnibus materialibus ideis se liberat & omnes cogitationum nervos in Ideas ipsas veras intendit, in principium suum quasi redit, menti intime conjuncta, ipsis veritatibus pascitur, omniscia & in Deorum intelligibilium ordinem adoptata. (s) Hæc est Intelligentia. Hi quatuor sunt gradus, contemplationis quibus in DEum ascendit Anima: Assimilatio, Opinio, Cogitatio & Intelligentia. (z) Primus longissimè distat; Secundus aliquo participat modo; Tertius proximus à veritate; Quartus denique in summum nos extollit Deificationis culmen fastigiumque.

§. XXII. Doctrinæ Platonis de Ideis abstrusiori lucem quandam affundere huc usque satis egimus; Nondum tamen omnia e medio sustulimus dubia. In diversa namque abeunt ejus interpretes; & pomum Eridos hæc cum primis est quæstio: An Plato Ideas statuerit esse Substantias & essentias per se subsistentes, diversas atque distinctas à corporibus materialibus, quid? quod ab ipso DEO? An potius cediderit, Ideas esse tantum Cogitationes & notiones Summi DEI, quatenus ille res visibles creandas ab æterno prævidit & cognovit, & secundum hanc suam Præscientiam res in tempore tales creavit, quales ab æterno cognoverat? Dubius hæret Cyrus Alexan-

drinus

---

(s) Conf. Plotinus Ennead. VI. L. IX. cap. IX, X. & XI. in quibus savia somnia de illa animæ in DEum ascensione & cum DEO coniunctione fingit. (z) Vid. Plato in Dial. VI. de Republ. p. m. 645.

drinus (α) & ancipitem & perplexum in illis tradendis Platonem fuisse, ac modo hoc, modo illud dixisse asserit, nec de mente ejus certi quicquam statuere audet. Porphyrius pariter in quæstione hac judicium suum suspendere & ἐπέχειν tueri videtur. (β) Alii tamen vel priorem vel posteriorem quæstionis sensum Platoni faciunt proprium.

§. XXIII. Aristoteles Platonis discipulus priorem Platoni tribuit sententiam, quod Ideæ sint substantiæ per se subsistentes, sejunctæ à materia Deoque, (α) & in hoc Platonem Præceptoris sui Socratis opinionem de Ideis interpolasse vel potius corrupisse, auctor idem est Aristoteles. (β) Cum Aristotele faciunt Plutarchus, (γ) Philoponus, (δ) Ammonius, (ε)

F Eustra-

(α) L. II. contra Julian. pag. 66. Interdum substantias illas esse ac per se subsistentes affirmat Plato; Alias DEi notiones esse definit; Verum quomodo se res habet, ejus etiam discipulos non approbasse, dicunt ejus rei periti. (β) In Proœmio Isagog: De generibus & formis magnam altercationem esse scribit, an re ipsa consistant? an in solis nudisque cogitationibus posita sint? an Corporis expertia? & utrum separata sint? an in sensibilius, vel circa ea subsistant? Quæ præter missurum se dicit, quod eorum tractatio obscurissima sit, & majori indigeat inquisitione vid. Dion, Petavius l. c. p. 195.

(α) Metaphys L. XII. c. 5. it. L. I. c. 6. & Anal. Post. c. 19. & in I. Ethic. c. IV. (β) Metaphys. L. XIII. c. 4. (γ) definit enim οὐσίας αἰσθητὰς ὑφεσώσας Καὶ ἀνήρ, χωρίσας τὸν λόγον. De Placitis Philos. c. X. (δ) In Libro II. adversus Proclum de Mundi æternitate copiosa disputatione Aristotelis agit causam. (ε) Comment. in Præf. Introd. Porphyrii, afferit Platonem Ideas eo sensu, quo Aristoteles interpretatus est, inventisse vid. Dionys. Petavius l. c. p. 188.

Eustratius, (ζ) Alcinous, (η) Joh. Picus Mirandulae Comes, (θ) Marsilius Ficinus, (ι) Dionysius Petavius, (κ) aliique. Contra vero Platonem excusatui ralii, longe aliam ipsi hæfisse mentem contendunt, eam ab Aristotele in alienum torqueri sensum conquesti. Ad hanc Classem referendi videntur Seneca, (λ) Cicero, (μ) Proclus,

(ν) Au-

(ζ) In I. Ethic. fol. 10. verba ejus sic se habent: Sic enim Plato dicebat, rationes quasdam introducens subsistentes ( $\epsilon\tau\pi\tau\sigma\alpha\tau\gamma\varsigma$ ), divinas, intelligentes; Quas formas & Ideas appellabat, & subsistere putabat, ante formas illas, quæ insunt corporibus, & ab his ipsis exemptas. (η) In Introd. in Philos. Platon. cuius Lineamenta Stanlejus inseruit Hist. Philos. P. IV. vid. C. IX. p. 335.

(θ) Vid. Dissert. Platon. qua explicatur Hieronymi Benivieni Hymnus in Amorem, quam exhibit Stanlejus in Hist. Philos. I. c. legas dicta in Sect. I. p. 358. & Sect. XII. p. 362. (ι) Vid. in Comment. ad Plotini Ennead. II. L. IX. p. 191. seqq. & passim. Adhunc maximè rhombum collimant, quibus Joh. Cavalcantes dilucide mentem Platonis explicat in Orat. I. quam habuit in Convivio illo Platonico, quod cum post Porphyrium exspiraverat, innovare coepit Laurentius Medices, referente Jano Cornario in Comment. Marsil. Ficini in Dial. Platonis, qui inscribitur Symposion. Opp. 243. seqq. (κ) Dogm. Theol. T. I. L. IX. c. IV. p. 188. sqq. (λ) Vid. Epist. 58. & 65, in quibus Ideas tantum ut cogitationes DEI describit; quare etiam recitatis ejus verbis subicit Just. Lipsius I. c. Satis clare aperit Platonicum sensum, sinceriùs sane, quam discipulus ejus ē Lycéo fecit. (μ) in Oratore Cap. 2, 3. Phidias cum faceret Jovis formam, aut Minervæ, non contemplabatur aliquem, ē quo similitudinem duceret; Sed ipsis in mente insidebat species pulchritudinis, ( $\iota\delta\epsilon\alpha\tau\gamma\kappa\alpha\lambda\gamma\varsigma$ ) eximia quædam, quam intuens in eaque defixus, ad illius similitudinem artem & manum dirigebat. Ut igitur in formis & figuris est aliquid excellens, cuius ad cogitatam species referuntur ea,

qua

(v) Augustinus, (xi) Scipio Agnellus, (o) Just. Lipsius, (π) Gerhard. Joh. Vossius, (ρ) Thomas Galeus, (σ) & Theophilus Alethinus; (τ) de quibus omnino valet judicium Joh: Clerici: (v) *illos non tam querere, quid Plato censuerit, quam quid sentire debuerit, ut rationi consentanea loqueretur, & quasi indubitatum assumere, ita ejus interpretandam esse mentem, ut a veritate non recedat.*

quæ sub oculos cadunt; Sic perfectæ Eloquentiæ speciem animo videmus, auribus quærimus. Has rerum formas appellat Ideas Plato. (v) Comment. I. in Parmenid. Parum, inquit, curandi sunt eorum (sc. Aristotelicorum) sophistici sermones, perspicuè enim Dil dixerunt, Ideas esse cogitationes Patris; manent enim in Intellectu Patris. (ξ) Quæst. 46. Platonem, cum in Mente divina posuerit, Ideas veras asseruisse putat. it. alibi. De Civit. DEI L. XII. c. 20. Libro de Genesi ad Literam c. 13, 14, 15. & in Tract. I. in Johannem. (o) Edidit Disceptationes de Ideis Platonicis in tres libros distributas, quæ lucem viderunt Venet. A. 1615. 4. Totam hanc doctrinam adversus Aristotelem pro Platone libro doctissimo propugnavit, judice Morhofio Polyhist. T. II. L. I. c. 7. §. 18. p. 41. (π) I. c. Opp. p. 900. (ρ) De Sectis Philos. c. XII, §. 11. p. 71. seqq. Palinodiam canit sententiæ, qua rejecerat Ideas in Disputatione pro supra in Phil. Laurea Lugduni. (σ) In Notis ad Jamblichium de Myster. Ægypt. Sect. VIII, c. 2. p. 299. (τ) quem Joh. Clericum esse supra innulum in Notis ad Dionys. Petav. I. c. p. 190. in Notis n. 12. Attamen, inquit, vix crediderim, Platonem & præsertim quidem Socratem virum sapientissimum, ideas existimasse quicquam aliud præter *vñpata* in DEo; de quibus tamen, quasi seorsim existissent loquitur Plato, non, quod putaret eas esse substantias separatas, sed quia existimabat, essentias rerum esse æternas, ut loquuntur Scholastici, ac propterea nequaquam mutabilia quædam *vñpata*. (v) In Notis ad Orac. Zoroastr. v. 100. Opp. Phil. p. 345. quæ tamen & ipsi Theophilo Alethino objici possent.

§. XXIV. Nostrum quoque ut interponamus calculum; Oleum operaque perdi videtur in pingenda & cerussanda illa absonta Platonis sententia, cùm vel ex ante adductis cuivis pateat, illam, si ē tenebris suis in lucem protrahatur, non aliam fuisse, quam Ideas esse substantias æternas per se subsistentes, distinctas à DEo & a materia sejunctas. Quod ut distinctius innotescat, tria hæc singulatim probabimus, vocato in subsidium Plotino, sc. 1) Ideas ex mente Platonis esse substantias per se subsistentes 2) esse diversas ab ipso DEo summo s. Uno. 3) sejunctas quoque & avulsas à materia & corporibus existere. Primum quod attinet, meridiano solis jubare clarioribus Platonis ipsius verbis asseritur, ut, quomodo à quoquā in dubium vocari possit, animū subeat admiratio. *εἰ*, inquit, (α) γένος τί ἔκαστος, καὶ στοιχεῖον τὸ οὐκέτι. Ideas conjunctim sumtas s. intellectum & Mentem unicè essentiæ nomine dignatur, quinimo ζῷον νοῦ perfectissimum, quod omnia animalia essentialiter talia in se comprehendat, appellare ipsi est familiarissimum; Sit igitur substantia per se subsistens, necesse est; Præterea tribuit ideis actiones, substantiae per se subsistenti competentes, partim *τὸ νοῦν*, (β) partim productionem mundi visibilis (γ) quidni essent substantiae per se subsistentes? Plotinus diserte ipsis impertitur *ὑπόσασνη* (δ) Quid restat dubii? Secundo ali-

quid

(α) vide supra §. 17. lit. α. (β) teste Eustathio l. c. Plato introducit λόγος τίνος εν ποσάτος καὶ νοερός. Vid. supra §. II. in notis Lit. η. (γ) Intellectum enim s. λόγον s. animal intelligibile ex Ideis constans vocat ποιῆσιν καὶ δημιουργον τὰ κόσμου. Vid. Plotinus Ennead. III. L. II. c. 2. p. 256. Conf. Proclus in Comment. in Timæum it. Diomysius Petavius l. c. T. II. L. I. c. I. p. 17. Conf. Colbergii Christianismus Platon: Herm. P. II. c. 2. p. 79. seqq. (δ) Ennead. V. L. III. c. 12. p. 509.

quid difficultatis subesse videri posset; Urgent enim quod toties totiesque in Mente Patris tanquam *νόησεις καὶ νοηταὶ* subsistere dicantur Ideæ; Verum enim vero fumum vendant iis, qui ignoraverint, Mentem s. intellectum à Bono & Uno ita differre, juxta Platonis deliria, quemadmodum Unitas à multitudine, ut DEus secundi Ordinis à summo, ut inferius & deterius à superiori & *καὶ εξοχὴν* Bono. (ε) Fallacia igitur est in voce DEi; Diversæ non sunt Ideæ à DEo, nempe secundo; Bene tamen ab Uno & Primo. Singulæ Ideæ sunt Dii intelligibiles, quos aliquoquitur summus DEus, interprete Platone. (ζ) Quod denique tertio sejunctæ sint Ideæ à materia & corporibus, testimonia Platonis cumulare possem affatim; Sed unum alterumve sufficiat; Sic clare: (η) *seorsim quidem species quædam, seorsim item ea, quæ participant.* Et tibi quidem, O Socrates, videtur ipsa similitudo seorsim esse ab ea similitudine, quam nos habemus. Et post pauca: *Quia arbitror te, O Socrates, & alium, quicunque ipsam quandam per seipsam uniuscujusque essentiam esse ponit, confiteri, nullam ipsarum in nobis esse.* it. Atqui ipsas species, velut confiteris, neque habemus, neque apud nos esse, possibile est. Corpora enim sensibilia simulachra & umbras tantum verarum essentiarum referre, iterum iterumque inculcat. Non ergo peccavit in Præceptorem suum Aristoteles, nec in vito alienam affinxit sententiam; Sed genuinum, licet absurdissimum hoc est Platonis dogma.

§. XXV. Postquam hætenus, quantum in Cymmeriis hisce licuit tenebris, de Ideis quid censuerit Plato explicavimus; Jam ordo nos dicit, ut quænam hæc

F 3

doctrina

(ε) Vide supra §. 18. in notis lit. η. (ζ) In Timæo p. m. 738.

(η) In Parmenide p. 198. &amp; 200.

doctrina Platonica apud alias Philosophantium Sectas Fata sit experta, rudi delineemus penicillo. Sectarum autem Philosophicarum antiquorum aliæ sunt Barbaricæ, aliæ Græcanicæ. De Barbaricis Philosophiæ Sectatoribus, qui viguerunt partim in Asia apud Chaldæos, Persique, partim in Africa apud Ægyptios, partim in Europa apud Thracas & Italos, jam ad naufragium arbitrora-  
etum esse; Græcanicam quod attinet Philosophiam; Poëticæ vel Mythicæ rationem hic adeò non habemus; Quæ vero fabularum corticibus nudam proposuit Sapientiam, (præfiscine sic dictam volo) in duos iterum exsurgit ramos, Jonicam sc: & Eleaticam. Jonicæ Sectæ, qui fuerunt addicti Philosophi, tantum abest, ut Divinas Platonis Ideas in suam adoptaverint familiam, ut potius Atheismi tantum non abs omnibus (α) rei agantur, & primus Anaxagoras principiis materialibus, quas solas hactenus memoraverant, adjunxisse, vel præfecisse potius, Men-  
tem s. DEum immaterialem celebretur. (β) Qui ta-

men

(α) Hos inter locum meretur Augustinus L. VIII. de Civit. DEI c. 2. Jonici generis Princeps fuit Thales Milesius --- iste autem rerum naturam scrutatus aquam putavit esse rerum principium. --- Nihil autem huic operi, quod mundo considerato tam admirabile inspicimus, ex Divina Mente præposuit. --- Huic succedit Anaximander, --- nec ipse aliquid Divinæ menti in his rerum operibus tribuens; Iste Anaximenem discipulum & successorem reliquit, qui omnes rerum causas infinito æri dedit, nec Deos negavit, aut tacuit; non tamen ab ipsis ærem fa-ctum, sed ipsos ex ære ortos credidit. Vapulant propterea hi Philosophi ab ipso Aristotele Metaph. L. I. c. 23. Defendant tamen eos & hac Atheismi suspicione liberare annuntuntur Rad. Cudworthus & Samuel Parckerus & B. Godofr. Olearius. Vid. ejus Dissert. de Igne rerum omnium Principio, quæ inserta est Stanleji Hist. Philos. edit Lips. 1711. p. 850. (6) Vid. Laërt. I. P. 54. ill. D. & Stanlejus l. c. P. II. c. 2. P. I. p. 101.

men ex hac Schola prodiit, Socratem Idearum quoq; doctrina imbutum fuisse, supra adduximus. Hic novæ Sectæ Conditor, plurimos nactus discipulos, vix tamen duos habuit, Xenophontem & Æschinem, qui ipsius vestigia legerent pressius; Reliquorum quinq; totidem novarum hæresium fuerunt auctores. Omnibus his palmam redidit dubiam Plato eorum condiscipulus, Scholæ, quæ ab Academo loco nomen traxit, Antesignanus, de quo, cum quantum sat est, dictum sit, hic alto eum premimus silentio. De variis, quæ eum insecuræ sunt, Academiis hic dicendi locus non est. Quatuor reliquæ sectæ fuere, Cyrenaica, Eliaca, Megarica & Cynica. A Cyrenaicis Aristip-pum secutis vix quicquam fani in doctrina de Ideis divinis poterit expectari, cùm tantum non omnes cum socio Theodoro Atheo eodem digni sint cognomine, voluptatibus unicè indulgentes. De Eliacâ à Phædone Eliensi, vel Eretrica à Menedemo Eretriensi dicta, & Megarica, quod hac in materia notatu dignum addam, non habeo. Cynicis irrisui fuisse Ideas Platonicas, vel exemplo Diogenis Cynici constat. (γ) Cynicorum quasi surculus fuit se-cta Stoicorū, à Zenone εν σοφ. porticu docente prognata. Neque tamen his arriserunt Ideæ æternæ; (δ) Sed potius conceptus fœtusq; ab intellectu formatos crediderunt (ε)

§. XXVI. Ex Platonis ore viginti per annos discipulus pependit Aristoteles; (α) Eam tamen Præceptor i retulit gratiam, ut contrariam ipsi prorsus erigeret scho-

lam,

(γ) τὴν τραπεζότητα καὶ κυανότητα Platonis explodens vid. Laërt. I. c. L. V. in vita Diogenis. (δ) Vid. Just. Lipsius Phys. Stoic. I. c. Diff. III. p. Opp. 902. (ε) Vid. Jac. Thomasius Orat. de Secta Nominalium, quæ est. XII. p. 250.

(α) Vid. Origines contra Celsum L, II. it. Æg. Menag. Observa-tiones in Laërt. I. V. p. m. 212.

iam, cui  $\alpha\pi\tau\gamma\omega\pi\alpha\tau\epsilon\nu$  Peripateticæ inditum est nomen.  
 (β) Quam Vatiniano vero odio Ideas Platonicas sit prosecutus convitiisq; laceraverit Aristoteles; Omni exceptione majus perhibent testimonium ejus verba, (γ) ubi eos, qui defendunt Ideas, vult κενολογεῖν, οὐ μεταφορὰς λέγει ποιῶντες; quinimo τερείσματα vocat, (δ) quò digitum intendere videtur ipse Plato. (ε) Non tamen defuerunt, qui, ut in gratiam cum Platone rediret Aristoteles, omnem moverunt lapidem, syncretismum sententiarum totō cœlo diversarum moliti. (ζ) Alii tamen sincerius dissensum sunt confessi. (η) Äthiopem sane lavare mihi videntur inanes hi εἰρηνοποιοί Aristotelem inter & Platonem, cùm αἱ ἰδέαι Platonis & τὰ εἴδη Aristotelis ne minimam quidem convenientiæ præ se ferant speciem, quō demumcunque pingantur colore. Ideæ enim Platonis sunt divinæ, immateriales

(ζ) Vivente adhuc Platone Aristotelem erexisse Scholam negat Ammonius, s. ut aliis creditur, Philoponus in Vita Aristot. Vid. Ägyd. Menag. I. c. (γ) Metaph. L. XII. c. V. (δ) L. I. Post. Analyt. c. 22. (ε) in Parmenide p. 201. Laudatò enim Socrate, quod se exerceat in cognitione Idearum, adjicit: Intellexi hoc enim nuper, cum audirem te hic cum Aristotele disputantem. Et post pauca: Magis te exerce in illa, quæ inutilis putatur & à plerisque garrulitas nominatur. (ζ) Vid. Jacob. Thomasius in Orat. de Syncretismo Peripatetico, quæ est XV. p. 331. seqq. Primos hujus Syncretismi Patronos nominat Antiochum Ascalonitam & Ciceronem, quos deinde secuti sunt: Plotinus, ut videtur. Paulo Benio, Porphyrius, Boëthius, Bernardus Carnotensis, Franciscus Piccolomineus, Gabriel Buratellus, de quo conf. Morhof. Polyh. T. II. L. I. c. VII. §. 17. p. 40. it. Joh. Bapt Rösche- lius in Disput. de Philos. Conciliatrice. A. 1692. Witteb. (η) Hos inter Jac. Thomas. I. c. nominat Atticum sub Nerva viventem, & Taurum, qui de dissensu Platonis & Aristotelis scriperunt. add. Georg. Gemistus de differentia Aristotelis & Platonis Bas. 1574. 4to. it. Cardin. Bessarion L. IV. contra Calumnia-torem sc. Georgium Trapezunt:

materiales & æternæ; Ast Aristotelis  $\epsilon\text{i}\delta\mathcal{O}$  s.  $\epsilon\pi\tau\epsilon\lambda\epsilon\chi\epsilon\alpha$ ,  
forma est naturalis & materialis, ipsi non tantum materiæ  
immersa, sed quæ ex materiæ quoque potentia educitur.

(θ) Hinc triplex illud formarum genus; nempe Platonis-  
corum formæ sunt ante multa, ab æterno ante individua  
materialia subsistentes; Aristotelicorum in multis, sc. sub-  
iectis materialibus intimè inhærentes; Stoicorum post  
multa, ubi animus humanus imagines tantum sibi res re-  
præsentantes post sensualē earum perceptionem fingit.

(i) Platonis formæ in DEo; Aristotelis in materia; Stoicorum in hominis animo sedem suam fixerunt primariā.

§. XXVII. Quod sectam tandem attinet Eleaticam, Duce Xenophane institutam & à Parmenide & Zenone denominatam; ( $\alpha$ ) Parmenidem si exceperis, ei nihil commercii fuit cum Ideis Platonicis; Leucippus enim & Democritus, insignes in ea familia Philosophi, atomorum primi fuere inventores, saltem Patroni; ( $\beta$ ) Hæ vero atomi cum Ideis æque facile, a clux cum tenebris, inhibunt concordiam. Epicurus quoque cùm nemini plus quam Democrito huic debuerit; ( $\gamma$ ) Secta ejus Epicurea ex Eleatica profluxisse haud immerito dicitur. In physi-

(θ) Vid. Collegium Conimbricense in VIII. Libros Phys. Aristot' P. I. L. I.c, IX. Q. XII. p. 235. it. Joh. Christoph. Sturmii Physica Electiva s. Hypothetica T. I. c. III. n. 3. de formarum exortu & interitu p. 89. seqq. (ι) Vid. Jac. Thomas. Orat. de Secta Nominalium p. 251. it. Ammonii Comment. in Isagog. Porphyr. Proœm.

(α) Vid. Gerhard. Joh. Vossius de Sectis Philos. c. VII. §. I. p. 46. (β) Vid. Laërt. L. IX. p. 244. seqq. & qui illum exscripsit Hesychius. (γ) Cicero in I. De Nat. Deorum: Democritus vis magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit.

cis sane atomi ejus omnes excludunt Ideas; Nec in Canonicā sua Ideis locum quendam relinquere voluit, docens, normam omnis judicii, non rationem esse, sed sensum; (δ) Quō ipso distinctioni Platonis inter τὸν οὐλὸν & δοξασόν è diametro contradixit. De Pyrrhonicis s. Scepticis Philosophis ut quædam addamus, restat. Hi vero cùm omnem é scholis suis eliminaverint & proscripterint certam veritatem & scientiam, dubiis infinitis omnia involventes; Nemini non ad oculum patet, quam parvi & nihil Platonicas fecerint Ideas, ex quibus certa & stabilis derivatur θετικήμη.

§. XXVIII. Canis in star è Nilo bibentis Scholas Philosophorum Ethnicorum, ante natum Christum inclitorum, fugitivo perlustravimus oculo; Hebræorum igitur jam Philosophia primoribus, quod ajunt, labris degustanda est. Puriorem quidem illorum Philosophiam sacræ tradunt Pandectæ; Postquam vero Judæi aliquoties in captivitatem abducti, multa ex venenatis Ethnicæ Philosophiæ lacunis hausta suis miscuerunt impiè; Factum inde est, ut variis distraherentur opinionibus & in tres cum primis scinderentur ἀπέστας, teste Josepho; (α) Has inter Pharisæi multa à Stoicis, nonnulla à Pythagoræis & Platonicis; Sadducæi multa ab Epicuræis; Esseni vero pleraque à Cynicis & Pythagoræis, mutua accepta sua fecerunt. (β) Mirum itaque non est, quod etiam Platonicum de

(δ) Vid. Stanlelus I c. P. XII. p. 953. seqq.

(α) Antiquit. Jud. L. XIV. c. 9. it. de Bello Jud. c. XII. De reliquis v. g. Herodianis, Menistis, Galilæis, Hemero-Baptistis, Dositheis aliisque certi quid affirmare non licet. (β) Conf. Joh. Jac. à Ryssel Supplément: ad Gerh. Joh. Vossium de Sectis Philos. c. 2. §. 14. p. 136. Evidem Judæos religioni sibi duxisse,

de Ideis dogma quibusdam se probaverit Judaicis Docto-  
ribus. Eminet hic Philo junior, de quo tritum illud: *Φίλων των πλατονίζει, η πλατών Φίλονίζει.* Doctrinam sane deldeis  
illum fuisse amplexum, Joh. Clericus ( $\gamma$ ) adeò dilucide  
evictum dedit, ut Viris alias Celeberrimis Joh. Jonsio ( $\delta$ )  
& Joh. Francisc. Buddeo, ( $\epsilon$ ) contrariam tuentibus sen-  
tentiam subscribere non sustineam. Sequentium tem-  
porum Doctores Judaicos Aristotelicæ potius litavisse  
Philosophiæ, docet Cel. Buddeus. ( $\zeta$ ) Qui tamen Kab-  
balisticum doctrinæ genus profitentur, suis Sephiroth,

G 2

&amp;

duxisse, Græcanicæ se dare Philosophiæ, cum jam tempore  
Hasmonæorum edicto fuerit cautum, ne quis filium suum do-  
ceat Græcanicam Sapientiam, ex Gem. Tract. Bav. Kum: f. 82.  
probat Buddeus in Introd. ad Philos. Hebræor. §. 32. in notis p.  
172. His tamen non obstantibus, Ethnicam Philosophiam ada-  
massse sectatosque esse Judæos multis ibidem exemplis, Helle-  
nistarum imprimis, evincit. ( $\gamma$ ) E multis unicum modo ad-  
scribemus locum ex Philonis Libro de Mundi Opificio, ubi non  
procul ab initio p. 3. seq. Edit Genev: Prævidens Deus pro sua  
Deltate, imitamentum pulchrum non posse esse sine pulchro  
exemplari, nec sensile esse quicquam sine vito, quod non ad  
intelligibilem & archetypam Ideam sit effictum; cum vellet vi-  
sibilem hunc mundum creare, prius formavit intelligibilem, iut  
usus Incorporeo & DEI simillimo exemplari, corporeum face-  
ret recentiorem antiquioris imaginem, totidem complexurum  
sensilia genera, quot sunt in illo intelligibilia; Mundum au-  
tem illum, qui ex Ideis constat, in quodam loco esse dicere aut  
cogitare non licet. Vid. L. I. de Monarchia p. 631. conf. Cleri-  
cus Art. Crit. Vol. III. Epist. VIII. p. 212. seqq. ubi Joh. Van-  
der Weyen sub nomine P. Ventidii prolixè refutat. conf. Jo.  
Alb. Fabricii Exercit. pro Philonis Platonismo adv. Jonsium edit:  
Lipsl. 1693. ( $\delta$ ) De scriptoribus Hist. Philos. L. III, c. IV, ( $\epsilon$ )  
l. c. p. 174. seqq. ( $\zeta$ ) l. c. p. 159. seqq.

& mundis Aziluth & Briah, frigidam suffundere videntur  
Platonicis Idearum somniis. (η)

§. XXIX. Temporum series nos ducit ad Philosophicas, quæ post natum Christum floruerunt, Sectas. Hic vero Ethnicæ Christianam associare oportet Philosophiam, eamque pro temporum intervallis in antiquioris, medii & recentioris ævi distinguere. Antiquioris igitur ævi Philosophos primùm Christianos in medium producere liceat, & inquirere: Num Patres Christiani priorum seculorum Platonicis obstetricati sint Ideis? Negativam in se defendendam suscepit Franciscus Baltusius, (α) Patres ab omni Platonismi suspicione liberaturus; Pro affirmativa tamen clarissima ipsorum Patrum verba, quibus Platonizantem prodiderunt animum, militant. (β) Prodeat primus Dionysius Areopagita, (γ) qui fervidus

(η) Conf. Buddeus I c. §§. 38, & 42. pag. 265. seqq. & 307. seqq. Illustrant hæc, quæ edifferit Joh. Picus in Apol. p. 82. apud Buddeum I. c. §. 16. p. 49. Cabbalam ab Esdra in septuaginta volumina redactam probare ex l. IV. Eldræ c. XIV. v. 40. nisus subjicit: Hi sunt libri scientiæ Cabbalæ, in quibus merito Esdras veram intellectus, i. e. ineffabilem de super substantiali Deitate, Theologiam, sapientiæ fontem, hoc est, de intelligibiliibus Angelicisque formis exactam Metaphysicam, & Scientiæ flu- men, i. e. de rebus naturalibus firmissimam Philosophiam esse, clara pronunciavit voce. Ex his Platonicæ ut eruantur Ideæ, fidiculis opus non est.

(α) In Libro Gallico: Aprologia pro Patribus Platonismi accusatis L. IV. c. 12. edit: 1711. 4t. (β) Conf. Colbergii Christianismus Hermético-Platonicus. c. I. §. 6. p. 26. seqq. it. Friderici Christ. Bucheri Plato Mysticus in Pietista redivivus c. I. §. 5. p. 10. seqq. (γ) Nomen hoc mentiri recentioris seculi Auctorem, cuius scripta Dionysio Areopagitæ falso supponuntur, εξαγώνιον est. Vid. Olearii Bibliotheca Eccles. edit. A. 1711. curante F. sub Dionysio Areopag. & Auctores ibi affatim citatos.

fervidus Platonicarum Idearum fuit propugnator; (δ) Quamvis Dionysius Petavius, ut ab hac eum liberaret culpa, diversas à Platonicis & ab omni fæce repurgatas eum statuisse Ideas, contendat; Theophilus tamen Alethinus (ε) recte judicat, si nos tām benignos præberemus Platoni, quām Dionysio Dionysius hicce se præbuit; Haud difficilius Platonem cum Theologia nostra in concordiam redigi posse. Prolixum nimis foret, accuratum omnium Patrum, qui in hac doctrina cum Platone vel apertius vel tectius fecerunt, nectere catalogum; Hinc contenti erimus, vel nominasse tantum Origenem, (ζ) Justinum Martyrem, (η) Clementem Alexandrinum, (θ) & Augustinum. (ι) Acritè tamen

G 3

hasce

(δ) In Libro de Divinis Nominibus c. V, VI, XI, cuius sententiam expositam vide à Dionys. Petavio l. c. T. I. l. 4. c. X. per tot. p. 191. seqq. Has communes formas ac species per se, à DEO factas esse, & ante singularia, à quibus abstracta sunt, adeoque ab æterno, opinio videtur esse Dionysii, eaque merè Platonica, ut recte ibidem judicat. § 3. (ε) in Notis ad Petavii l. c. §. 17. n. 43. p. 196. (ζ) Vid. Bucherum l. c. p. 9 it. Dionysium Petavium l. c. c. XI. p. 198. ubi citat verba Origenis in Joh. I. l. c. T. I. p. 165. in quibus Origines τὸν λόγον Johannis interpretatur exemplar & Ideam Platonicam. Universa, inquit, facta sunt juxta rerum futurarum rationes jam ante à Deo manifestatas in Sapientia. Deus enim omnia in sapientia fecit; Dicendumque est, Deum cum animatam Sapientiam creasset, illius curæ permisile, ut ex formis & speciebus, quas ipsa habebat, subsistentiam & plasmationem & formas præberet Entibus & materiæ. (η) Lib. contra Gent. verba ejus satis clara, in quibus Platonicis ideas scripturæ testimoniis corroborare nititur v. g. Exod. 25, 40. citat Petavius l. c. (θ) L. VI. Stromat. conf. Eusebius L. XI. Præpar. Evang. p. 322. (ι) Vide citata à nobis supra §. §. 17, 23. lit. ξ Postea tamen eas rejicit, vid. Retract. L. I. c. I. & Confess. L. VII. c. 20.

hasce Ideas impugnant Tertullianus, & Gregorius Nazianzenus (x). Christianorum Philosophorum Classi, præter meritum tamen, inserere liceat Gnosticos & Valentianos, qui teste Tertulliano (λ) ex Platonicis Ideis suas de æonibus fabulas fabricarunt; (μ) Quibus Celeberrimus Buddeus aliam, ex qua monstra hæc sint in lucem edita, matrem assignat, nempe Kabbalam Juðorum, (ν) cui tamen satisfecisse mihi videtur Cl: Fridericus Strunz. (ξ)

§. XXX. In recensendis Ethnicis hujus ævi Philosophis, (α) qui tanquam pro aris & focis propugnarunt Ideas, prolixiori mihi esse non licet, cùm plurimorum testimonia supra sint allata. Floruerunt & ad nominis celebritatem graffati præcipue sunt: Plotinus, Porphyrius, Jamblichus, Apulejus, Maximus Tyrius, Numenius, Atticus, Syrianus Alexandrinus, Alcinous, (β) Proclus. Ad medium nunc per Iustrandum ævum nos accingentes, limites, ejus ad felicis-

(x) Prior de Anima f. 654. Opp. edit. Basili. A. 1562. Alter Orat. I. de Theol. f. 202 Opp. Latin. edit. Antw. 1512. (λ) I. c. item Just. Lipsius l. c. p. Opp. 901. (μ) Conf. Colbergius l. c. §. V. p. 23. seqq. it. Jac. Thomasii Schediasma, quod ex triplici potissimum, sc. Pythagoræ, Platonis atque Zenonis fonte venena hæresium emanarint. it. Gerhard. Joh: Vossius l. c. c. XII. §. 10. p. 71. (ν) In Dissert. de Hæresi Valentiniana, quæ calci Intro. in Philoſ: Hebr. annexa est. §. 14. p. 457. seqq. (ξ) In Historia Bardesanis & Bardesanistarum vid. des N. Bücher. Saals XV. Dæffnung N. VIII. p. 208. seq.

(α) Platonici maluerunt dici, quam Academicci vid. Vossius l. c. c. XVI. §. 1. p. 80. (β) De omnibus his conf. Morhoff. l. c. V. II. L. I. c. VII. §. 2. seqq. p. 34. seqq. Vossius l. c. Fabricii Bibl: Græcæ L. III. c. III. & L. IV. P. II. c. II.

felicissimam bonarum literarum παλιγγενεσίαν Seculo XVto cœptam extendimus. Hoc autem ævo Ethnica Philosophia jamdum per DEI gratiam exspiraverat; Successerat tamen in ejus locum ex orco protracta Turcarum doctrina, de qua agere hujus loci non esse videri posset, nisi ad Ideas Platonicas, an obtorto collo? huc traheret sæpe laudatus Jac. Thomasius. (γ) quod *Mahomedani quoque fingant cœlum quoddam, in quo inter alia animantia quoque Gallus sit quidam gallinaceus, quō cantante reliqui cantent in terra.* Sed hæc risum potius, quam ut ulterius iis immoremur, merentur.

§. XXXI. Christiani igitur fuerunt Philosphi, qui hoc ævo ruentibus Platonis Ideis novas subdere tibicines sunt aggressi. Hos inter eminent Scholastici, qui audiebant Reales, quod Universalia res & substantias veras extra hominis animum existentes esse defenderent, quibus propterea Nominales Platonicæ de Ideis doctrinæ incrustationem haud abs fundamento exprobrabant; (α) Hi cum inter Latinos causam agerent Platoniarum Idearum; Inter Græcos Platonis lenociniis captus, easdem adstruxit Michaël Psellus (β). Tandem sub initium renascentium Bonarum literarum,

quod

(γ) in Orat. de Ideis Platon. p. 299. In notis lit. S. Hanc de Gallo cœlesti fabulam (de qua & vide Keckerm. III. Synt. Phys. c. 29. p. 439. & Bodin. Theatr. Nat. p. 375.) Crassotius T. I. Philos. Peripat. p. 143. probabilitè afferit de promtam videri ex Ideis Platonicis.

(α) Vid. Jac. Thomasius Dissert. de Scholasticis Doctoribus latiniis §. 18. seqq. Ejusd. Oratio de Secta Nominalium p. 244. seqq. Joh. Camerarius in Vita Melanchtonis p. 12. Morhofius l. c. T. II. L. I. c. XIV. p. 82. seqq. (β) Praeceptor Principis Filii Constantini Ducat vid. Fabricium l. c. L. V. Vossium de Hist. Græc.

quod recentius dixi ævum, Platonis doctrina faventioribus usq; est astris, doctissimis Viris Scholasticarum tricarum pertæsis eam quasi postliminio in scenam revocantibus; Exulibus quoque ex Oriente à Turcis ejecitis materiam ansamque suppeditantibus. Hinc ut Platonicæ Philosophiæ ingeneræ, sic in specie quoque Idearum extiterunt Promachi: Georgius Gemistus, Bessarion, (γ) Joh. & Francisc. Pici Comites Mirandulæ, Marsilius Ficinus, Wesselus, Scipio Agnellus, (δ) Henricus Morus. (ε) Posthoc vero quasi diluculum cùm meridianum Veritatis divinæ illuxerit jubar, vix quidem inventeris, qui dogma hoc Platonicum aperte sit professus, exceptis quibusdam Fanaticis. (ζ)

§. XXXII. Non tamen silentio hic prorsus involvendæ sunt quorundam Eruditorum sententiæ, quæ quodam convenientiæ connubio his Platonicis ideis affines

(γ) Fuerunt Græci; Alteri ab amore Platonis Plethonis inditum est cognomen. Vid. Morhoff. l. c. p. 34. §. 2. De altero vid: Das allgemeine Historische Lexicon f. 359. (δ) Prolixitatum ambages utevitimus de singulis dicere non licet; Lectorem ablegamus ad supra in notis citatos Auctores. §. 30. lit. β. (ε) Vid. quæ habet Cel. Buddeus in Introd. ad Philos. Hebr. ad §. 35. in notis lit. b. p. 210. seqq. Notatudigna h. l. sunt, quæ ex Conjectura ejus Kabbalistica edit. A. 1653. affert: Per cœlum intelligit universum Spirituum intellectualium ambitum & complexum, animas hominum & bestiarum, formasque seminales rerum omnium, eumque mundum vitæ vocat. (ζ) Conf. B. Bücheri Plato-Mysticus in Pietista redivivus Præ aliis nominandus hic venit Pet: Poiret, cuius tamen sententiam de Ideis censuræ accuratoris sub incudem vocabimus B. C. D. in futura Disput: harum de Ideis tertia; plura igitur hic adducere supersedemus; inrerim conf. Ejus Oecon: Divln:-L. I. C. VIII. §. 22. seqq. p. 110. seqq.

affines esse videntur. His annumeramus Joh. Marcum Marci, (α) qui ab Ideis suis operatricibus omne agendi dependere principium afferuit; In eo tamen differentiae vertitur cardo, quod Plato præter λόγος στερματικός, quibus operatrices Marci Ideæ respondent, divinas primariò à materia abstractas, hic vero corporibus connatas docuerit. Quas pariter, nisi omnia mefallunt, resuscitare conantur D. Andr. Rüdigerus (β) & M. Godofr. Polycarp. Mullerus. (γ) Propius ad mentem Platonis accessisse judico Joh. Baptistam du Hamel, (δ) qui certas esse putat rationes æternas vel ideas, ex quibus lux omnis in mentes nostras delabatur, & ubi genuina sedeat veritas; Hanc vero formam incommunicabilem con-

## H spici

(α) Conf. Morhoff. l. c. §. 18. p. 41. it. L. II. C. I. §. 8. p. 276. fuit hic Marcus Med. & Consil. Cæsar. Prof. Pragens. Librum de Ideis operatricibus edidit Pragæ 1635. 4. it. Philosophiam veterem restitutam A. 1662. (β) in Physica Divina L. I. c. IV. Sect. IV. §. 48. seqq. p. 166. seqq. Ideas has appellat practicas, formatrices, in seminibus signatas, secundum quas agit anima. In his querit causam cur à rabido cane demorsus latret, mordeat, aquam fugiat, sicut ipsi canes rabidi, imo in humeribus suis effigies canum producat, ut refert Borell. Cent. I. Observ. 28. Nam cum mortu aliiquid salivæ, cum saliva aliiquid seminis, cum semine aliiquid Idearum caninarum imprimitur. Conf. §. 55. pag. 169. sed de his quoque alibi fusius. (γ) in Philosophia Facultatibns superioribus accommodata edit. 1718. Sect. II. c. IV. pag. 155. seqq. Universalem quandam invehit statuminatque Formam substantialem (Animam Mundi, s. Archæum appellant alii) cui insint potentiae specificæ formativæ, seminales ideæ, rerum signaturæ, omnium motuum principia. His auditis, cui non in memoriam redirent Platonis λόγοι Φυσικοί s. Ideæ, Mundi animæ Universali infusa? (δ) De Mente Humana L. II. c. 3, & 5.

spici non in seipsa, sed in imagine, à rebus externis desumta, quam menti imprimat, & ita interius de veritate plenissime doceat. (ε) Quæ si contuleris cum supra allata Platonis sententia; Parallelismus haud incongruum animadvertes. Paresto judicium de paradoxa, quæ haud minus dedit turbarum, opinione Malebranchii, (ζ) animam omnia videre in DEO, quod hic infinita sua & intelligibili extensione omnium Ideas menti repræsentet. Tandem in manes, quos omnino habemus sacros, Illustris quondam Leibnitii non erimus injurii, si sententiam ejus de veritatibus & Ideis in DEO æternis (η) ita dicamus esse comparatam, ut facilis ad Ideas Platonicas introducendas sternatur via.

§. XXXIII. Continua igitur serie ad nostra usque tempora historicam Platonicarum Idearum perteximus telam, quo ad tumultuariā tamen manu crastâque Minervâ nostrâ arduum satis hocce negotium exequi, integrum nobis fuit; Nunc, quam in Præfatione dedimus, solvenda esset fides, Pragmaticam quoque adjiciendo

(ε) Conf. Syrbius in Institut. Philos. Ration. P. I. c. 2, §. 7. pag. 16. seqq. (ζ) Libro Gallico: Recherche de la Verité L. III. P. II. tot: p. 321. seqq. cui se opposuit Anton. Arnaldus in Tract. des fausses & des Vrayes Idees; defendente causam Malebranchio aliquot Responsionibus & in Systemate de la Nature & de la Grace, vid. Acta Erudit. A. 1684. Mense Mayo. p. 236. seqq. A. 1685. Mensl. Sept. p. 114, 115, 116. Refutavit quoque Malebranchium Ven. Joh. Georg. Pritius in Disput. de Enthusiasmo Malebranchii. A. 1710. Gryphisw. (η) Vid. Ejus Meditatio-nes de Cognitione, Veritate & Ideis, quas exhibent Acta Eru-dit. A. 1684. Mensl. Novembr. p. 537. seqq. it. in Tract. Gallico. Essais de Theodicee sur la Bonté de Dieu, la liberté de l'homme, & l'origine du mal; cuius excerpta vide in R. Bücher-Saal. XVIII, n. I. inspr. p. 386. seqq.

endo Sectionem. Verum enim vero filum hic est abrumpendum, quoniam prioribus pagellis sub prelo jam sudantibus, reliquæ in nimiam et Academica Disputatione majorem jam dum excreverunt molem; Brevitatem, Divina aspirante Gratia, stabimus promissis, peculiari quadam Disputatione sectionem posteriorem Pragmaticam in lucem emissuri.

*Cœlophonem huic Disputationi imponant hæc*

C O R O L L A R I A.

- I. Blasphema est Hypotheseos Copernicanæ cum Scriptura S. conciliatio, quâ Spiritus S. ad erroneum vulgi captum locutus dicitur.
- II. Ipsa tamen hæc de terræ motu hypothesis si rite explicetur, Scripturæ S. prorsus non contradicit.
- III. Anima nostra non est tota in toto corpore, nec simul in singulis corporis partibus, artibusve.
- IV. Non datur Summum Bonum Ethicum.
- V. Actionibus physicis, quâ talibus, nulla inest moralitas.
- VI. Omnis Moralitas actionum dependet ab intentione agentis intellectualis cum lege collatâ.
- VII. Ergo nullæ dantur actiones, concretivè tales, indifferentes; quia nulli actioni deest intentio agentis intellectualis, sicque actio semper ab intentione modificatur.


H 2

VIII. Una

VIII. Una tamen eademque actio physica, abstractive talis, in diversis subjectis, & diverso tempore, ob diversam intentionem diversam accipere potest Moralitatem.

IX. Actiones igitur, quas vulgo vocant indifferentes, abstractivè sunt accipiendæ, mentis operatione, quatenus, antequam cum intentione agentis concrescant, indifferentes sunt ad recipiendam ab ea Moralitatem vel τάξις, vel ιταξίας.

Μάρω Θεῷ δόξα.



**Ornatissimo DN. RESPONDENTI**

Amico suo dilectissimo

Fausta quævis precatur

ALE. JOACH. de KRAKEVITZ, D.

**R**Ecte omnino agis FERSENI Optime, dum, publicum eruditionis Tuæ haud vulgaris specimen edere paratus, Præceptorum Tuorum publicos applausus non tam petis, quam summo jure exigis. Quis enim ex universo Professorum ordine Tibi denegare posset, quod virtutibus Tuis omnium consensu notissimis, planeque eximiis debet veritatis testimonium luculentissimum? Ita enim versaris omnium bonorum in conspectu, ita frequentasti hæc tenus Docentium scholas, ita usus es optimorum Commilitonum commercio, ut omnium favorem & amorem Tibi conciliaveris. O Felices Parentes! quibus tales exosculari licet Filios, qui omni nisu omnique ardore eo contendunt, ut DEO Ecclesiæque orthodoxæ cum fructu aliquando inservire possint. Haud opus est, ut Tibi calcaria ad ulterius progrediendum infigantur, curris equidem pro Viribus in sacrarum literarum studio satis strenue, illudque absolvere allaboras summa cum industria. Faxit DEus Gloriosissimus, ut Per Reverendus Dn. PARENTS Tuus, quem impense diligo, in Te, Fratribusque Tuis Lectissimis spem suam omni ex parte videat consummatissime impletam. Vale & ex omnium piorum votis vive quam felicissime. Dabam ex Museo d. 30, Jan, 1720.

Nobi-

*Nobilissimo atque Clarissimo Domino FERSENIO  
prosperitatem omnigenam precatur meditullitus  
JO. JOACH. WEIDENERUS, D.*

**O**lio fervore Arnoldus omnem Philosophiam eliminare sit ausus? his non obscurum arbitror, qui saniora dum scrutantur, operam simul aliqualem collocant in hoc, ut mendacibus dictariis hujus Viri, quibus Pietistarum promiscue omnes morticis adhaerent, justus aliquando constituatur obex; ne vero istius furoris plura, quæ in Hist. E.H. Tom. I. P. II. Cap. X. §. XIIIX. sq. quisitis undiq; ratiunculis, & quam operose, concessit adversus Melanchtonem, in farinam abeant orbique detur fucus, acsi Vir iste, Lutherò per omnia dissentiente, Aristotelem & reliqua Philosophorum scripta, eorumque saniores usum introduxerit; hinc in compendio satis est ad illa atten- disse Lutheri verba: *War ists/ daß Menschliche Weisheit/ freye Künste &c. edle Gaben Gottes sind/ zu allerley Sachen gut und nützlich / der halben man sie in diesem Leben nicht entbären kan.* Tom. Altenb. VIII. p. 542. b. & quod Aristoteli imprimis non fuerit simpliciter infensus, tot testimonia comprobant ex Philosopho hoc hau- sta, & approbatà, inter quæ mibi semper eminuerunt illa, quæ Tom. IX. Altenb. p. 1471. b. leguntur: *Aristoteles hat auch von dieser Epikria sehr sein gelehrt geschrieben im fünften Buch Ethicorum, welches das Allerherrlichste ist.* Hinc & in Confessorum nostrorum *Apologia* p. 62. legitur: *Aristoteles de moribus civilibus adeo scripsit erudite, ni- bil ut de his requirendum sit amplius.* & p. 64. decidunt: *Recte inquit Aristoteles: neque Hesperum, neque Luciferum formosorem esse ju- stitia;* ut profinde nec Melanchton, nec alius quisque censuram merea- tur, dummodo Philosophia egregium per omnes facultates & totam vi- tam usum genuine explicuerit & scrutando Gentilium scripta, id probe selegerit, quod ad usum praesentis conducit seculi: *Non possum ergo non applaudere Conatibus Tuis Eruditissime FFRSENI,* dum sub directorio *Præcellentissimi Tui Präfidis, Viri ad bona quævis & solidam rerum etiam abstrusarum, inquisitionem nati atque facti, antiquitatis solici- te non minus, quam feliciter peragras desertos campos, indagine soler- tiori ipsam veritatem venaturus;* Exinde siquidem præsto tibi erit de- monstratio, quanto gradu distet superficiata doctrina solidæ & quam distentæ lupinis? *imo sic in majus Tui emolumentum, excitatus cre- dere*

dere incipes, Historiam omnium Disciplinarum esse sat celebrem Photophorum, sine cuius ope plus sistimur, quam proficimus; Deus ergo, qui haec Tibi tribuit hactenus laudatissimam indolem, ut ad colophonem rerum non defessa industria pertingere satagas, benedictione sua compleat indies, quod honeste moliris, ut in Ecclesiæ commodum ad Portum, prosperante divina gratia, quantocius appellas! Vale! Scrib. in Musæo Anno MDCCXX. die XXIX. Januarii.

*Lectissimo ac præclarissimo DN. RESPONDENTI  
Amico ac Auditori suo æstumatissimo  
χάρην τῷ οὐρανῷ!*

**A**liquot jam effluxerunt anni, quos in hac Rosarum Alma consumere in deliciis habuisti. Quia vero non id laudi dicitur, multum temporis in bonarum artium emporiis trivisse, sed potius studiis amabilibus graviter invigilasse; Hinc per totum vitæ Academicæ Spatum non otio turpi te tradidisti ac mancipasti, sed potius in sacrarum literarum ac doctrinæ scientia proficere adlaborasti. Novi etenim Te in meis Collegiis Theologicis Auditorem perindustriū, avide auscultantem, cunctaque in succum vertentem atque sanguinem. Adhæc cum studiorum ardore pletatis haud infusatæ amorem, quantum mihi quidem constat, & ex indiciis externis colligere licuit, nonquam non conjungere fategisti, memor illius Paullini: εἰ περὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ λογίζεσθε. Quoniam itaque & jam in publicum prodire, ac ex cathedra philosophica tuos in rebus philosophicis ac literariis profectus luci quasi exponere animum induxisti, & hunc tibi conatum animitus gratulor, & prosperrimum Successum medullitus appreco. Præterea veneror Deum optimum maximum, toto expectore, velit Te semper in peregregio veritatis puræ ac probitatis veræ tramite conservare, tuosque gressus ubique ita dirigere, ut aliquando gloria divina ecclesiæque salus per te dexterrime promoveatur. Eppōσε!

De properabam ex Musæo

Tui Totus

Anno MDCCXX. die 29. Jan.

HERM. CHRISTOPH. Engelhardt/  
Phil. & SS. Theol. Doct. hujusque Prof. Publ. Ord.

Nobiliss. atque Clariss. DN. Respondenti

S. & Q.

FR. ALB. AEPINUS.

**O**venadmodum, quibus ornatus es, dotes atque virtutes tuæ omnium Tibi favorem conciliant, FERSENI ÆSTIMATISSIME! Ita non facile, quempiam fore, autumo, Tibi qui non bene cupiat, Studiisve tuis ac conatibus felicem voveat posse rimumque successum. Novi enim, norunt etiam haud dubiè alii omnes, Te ipsum qui norunt; eò Te omni contendere nisu, ac nervos animi omnes intendere, ut, quem Tibi proposuisti, fine feliciter potiare, DEO servitus, & Ecclesiaz olim commodum promoturus. Hoc Tibi propositum esse, abundantissimè cognovi, non solum cum Prælectiones meas frequentabas, sed & quotiescumque Tecum colloquendi data mihi occasio fuit. Ut enim in Scholis meis eam adhibere assiduitatem, attentionem atque diligentiam solebas, quæ laudari omni jure mereatur; sic in conversatione tuâ nihil unquam animadverti, quod vel à pietate, vel modestiâ, aliisve virtutibus alienum esset. Hinc non vanam, ceu reor, foveo spem, fore, ut aliquando, dirigente DEO labibusque tuis desuper benedicente, & integritate doctrinæ, cuius tenacissimus; & probitate vitæ, cui deditissimus es, cœtum tuæ curæ committendum ædificaturus sis, & animarum saluti, sicuti fidelem Ministrum decet, promovenda, quantum fieri potest, studium insumtrus nisiunque omnem. Qvod ut faxit Summus Ecclesiaz suæ Rector atque Director, Deus Altissimus, seriis contendo precibus, quod editus nunc es, comparatæ indefesso studio eruditiois specimen etiam atque etiam Tibimet gratulatus. Ita ex votore tuam feliciter agendo vale. Scrib. Rostoch. d. 27. Januar. Anno 1720.

